

DISSERTATIO INAUGURALIS

De

49.

JURE RETRACTUS  
LINEARI SEU GENTILITIO.

Quam,

Divino Numine favente

*Ex Autoritate atq; Decreto Amplissimi,*

*Consultissimiq; Jctorum Ordinis*

In Illustri CHRISTIAN-ALBERTINA

PRÆSIDENTE

*Nobilissimo, Amplissimo, Excellentissimo Do-*

*ctissimoq; VIRO*

DN. BERNHARDO Schultzen /

Jcto & Professore Jurid. Facult. primario longè cele-  
berrimo, Favitore & Promotore suo omni observantiæ ac ho-  
noris cultu ætatem prosequendo, spectabili

h. t. DECANO,

*Pro Summis in Utroq; Jure Honoribus*

*ac Privilegiis Doctoralibus ritè & legitimè*

*consequendis*

Publico ac solenni Doctorum Examine submittit

JOHAN ANTON DÖLFFER,

ss. jur. civ. apud Lunæburg. Advocatus & Hereditarius

in Adendorff.

Add. 23. Septembris,

*Auditorio Majori horis ante & pomeridianis.*

KILONI, Literis Joachimi Reumanni, Acad. Typogr. cl. l. c. LXXV. 2 gl.

459, 8  
1. 282

D E O

&

P A T R I Æ.

Hanc Dissertationem Inauguralem

offert & consecrat

Author

Johan Anton Dölffer.

I. N. D. N. J. C.

CAPUT PRIMUM.

**C**ontinens quædam, in genere de origine & necessitate contractuum, Juris Gentium Voluntarii ob utilitatem mutatione, restrictione, & prærogativâ societatum membris præ peregrinis competente.

§. 1.

HOMO, divinum illud animal, quod aliàs omnium perfectissimum & absolutissimum Dei & naturæ opus Zoroastrei vocant, Joachim. Hopper. *lib. 1. Tit. 10. de ver. Jurispr.* cum ad id propriè natus & in lucem editus sit, ut virtutem colat, ejusque Exercitium ad Deum supra, ad mundum infra, & ad hominem ipsum, qui in medio inter utrumq; est positus dirigat. Ad Deum, quatenus illi ceu satori & creatori suo in fide, spe, & charitate perpetem præstet obedientiam, æternumq; obsequium, fabricam suam cognoscat, supra omnia ex totis viribus amet & veneretur, appetat, quæ grata, fugiat, quæ adversa Deo. Seneca *epist. 96. Primus est deorum cultus deos credere; Deinde reddere illis Majestatem suam, reddere bonitatem, sine qua nulla Majestas est, Scire illos qui præsident mundo: qui universa vi sua temperant, qui humani generis tutelam gerunt, Aristot. *top. 1. 9, eum qui Deum honorandum**

A

aut

aut parentes amandos neget, non argumentis, sed poena edomandum dixit, & Topic. *II. 4.* alibi alia quædam esse honesta, Deum honore prosequi ubiq; Videtis Grot. *d. J. B. & P. lib. 2. c. 20. n. 45. & in Annotat. in Epist. ad Roman. cap. 1. v. 20. 21. p. 178. & in Libr. Evangelist. Matthæi c. 22. pag. 375.* Ad mundum, quatenus sacrâ scripturâ dictitante, terram ad normam virtutum sibi subjiciat, dominetur, ac præsit terræ animalibus universis, piscibus maris ac volatilibus cœli. Magnum profecto argumentum excellentiæ primi hominis erat, quod Deus ipsi in omnia animantia volatilia, terrestria, & aquatilia dominium concesserat, Gen. *1. vers. 26. c. 9. v. 2.* Cujus domini infigne specimen erat, quod nominibus suis designanda animalia ad Adamum congregarentur, Gen. *2. 16.* in qua prærogativa & excellentia nonnulli ipsam imaginem Dei collocarunt Chrysostronus ad *d. l.* & Theodoretus in *Genesisin 4. 20.* Verum imaginem Dei ab excellentia domini in bestias diversam esse, exinde colligi potest, quod illa ad felicitatem homini æternam acquirendam erat comparata, hæc vero ad vitam naturalem in his terris feliciter degendam pertinebat. Est vero dominium illud imaginis divinæ necessarium consequens, hoc enim debebatur homini eo, quod solus inter animalia intellectu ac liberâ agendi facultate sit munitus & vallatus. Quod imperium in bestias homini post lapsum primorum parentum mansit, Genes: *9. 2.* quia inter animantia adhuc solus intellectu, voluntate, ac libero arbitrio est præditus; non tamen tam perfectum est hodie, quàm in statu innocentia fuit, sed valde imminutū, Beatus Dn. Pro-Cancellarius Mulæus in *disput. Theolog. cap. 6. de Creatione hominis ad imaginem Dei*

§. 25.

§. 25. 26. 27. Hinc hominem partim ad parendum, Deo scilicet; partim ad imperandum, nempe animantibus, creatum esse dubio vacat. Ad hominem ipsum, ut se tanquam Dei imaginem propter Deum amet ac diligat, & in proximum æquè ac in se ipsum sit animatus: quoniam & illum eandem Dei imaginem habere novit. *Homo homini proximus est*, ait Irenæus *lib. 4. c. 27.* conjunxit enim omnes homines nascendi lex & societas naturæ. Scitè August. *epist. 121. ad Probam c. 11.* *Nemo est in genere humano, cui non dilectio, etsi non pro mutua caritate, pro ipsa tamen communi societate debeatur.* Seneca de Ira *lib. 1. c. 7.* *Homo in adiutorium mutuum generatus.* vid. Grotius de *J. B. & P. lib. 2. c. 25. n. 5.* Et qui Deum diligit, Dei præceptis obsequitur, inter quæ est dilectio hominis alterius, & qui hominem alterum ita, ut oportet, diligit, sequitur, ut eum propter Deum, ac proinde Deum maximè diligat Grotius *ad Evangelist. Matth. c. 22. p. 376. & c. 7. p. 163.* Eo enim ipso, ipsâ dictitante naturâ, quo hominem sui causa natura produxit, aliis obligatum voluit, & id tamen proprii ipsius emolumenti causâ. Quod ipsum cum homo appetat, non potest non etiam societati suæ conservationi tam necessariæ consentire dici, si modo in societate vivere res non magis necessitatis, quam arbitrii sit, eleganter id agnovit Arist. *6. Eth. 8.* errorem vulgi refellens, dum ait: *ὅκ ταύτης ἔν τῆς δόξης ἑλήλυθε τὸ τῶν Φρονίμων εἶναι. Καὶ τι ἴσως ὅκ ἔστι τὸ αὐτῶν ἀνθρώπων οἰκονομίας ἢ δ' ἀνθρώπων πλιλείας. ἔτι δὲ, τὸ αὐτῶν πῶς δεῖ διοικεῖν, ἀδηλον καὶ σκεπτόν.* Ex hac igitur opinione evenit, ut prudentes hi sint: tametsi fortassè uniuscujusq; bonum sine familiari & civili non est. Præterea verò quomodo proprium uniuscujusq;

*bonum administrare oporteat, obscurum est, atque idcirco consi-  
 derandum.* Scilicet hoc velle Philosophum ait Philosophus  
 & J. C. verè insignis Eichelius præceptor olim meus æta-  
 tem venerandus *Tract. de Jure nat. in ex liber. & parent.*  
*Neminem sibi saltem prospicere, suaq, commoda curare  
 posse, nisi simul vel eorum qui in domo, vel eorum qui in  
 civitate cum ipso degunt, rationem habeat. Est enim bo-  
 num totius civitatis etiam bonum singulorum in eâ vi-  
 ventium, Joh. à Felde part. 1. cap. 2. m. 1. artic. 1. n. 6. Elem.*  
*Hæcce, quæ Deus ipse initio naturæ constituit & in animis  
 nostris impressit, si homo per malos mores (quibus igni-  
 culos à natura nobis insitos ita restringimus, ut omne  
 propemodum animi lumen pereat, quod ad res honestas  
 & turpes attinet Cic. 3. Tuscul. quest. Giphani. ad c. h. lib. 6.  
 Eth. Arist. pag. m. 474.) pravam educationem & assuefa-  
 ctionem obliterari non sinat; sed iis se gerat morigerum  
 & obsequentem, jus suum unicuiq; suum nempe Deo,  
 suum sibi, vid. Dn. Puffendorf. de J. N. G. lib. 2. c. 4. suum  
 aliis hominibus, imo suum suo modo etiam animatis  
 creaturis tribuat, Justitiam illam universalem colere dici-  
 tur. Brunemannus ad l. 1. n. 1. 2. de J. & J. Dixi etiam  
 animatis creaturis. Lex enim Decalogi aliquam bonita-  
 tem, etiam in muta animantia voluit exerceri, quo  
 longius homines à lævitia in homines amoveret, vide  
 simile Deut. v. 4. Paretem causam ἀποχῆς ἢ ζώων abstinē-  
 tiæ ab animatis reddit Porphyrius. Sic bovem aratorem  
 ne occidere liceret lex fuit Phrygiis, Cypriis, Atticis,  
 Peloponnesiis, Romanis, uti docent Nicolaus Damasce-  
 nus, Varro, Plinius, Columella, Porphyrius, Ælianus,  
 Dion Chrysostomus, Vegetius, Vid. Grotius in explica-  
 tione Decalogi.*

Coeterum cum homo nudus (quæ nuditas non fuit simplicitatis indicium in Adamo, uti statuit Grot. *d. J. B. & P. l. 2. c. 2. n. 2.* sed potius argumentum puritatis in affectibus, optimi temperamenti in corpore, non indigente operimento) à naturæ authore Deo in hunc orbem introductus, ejus verò gratiâ omnia condita, ejusq; Imperio subjecta sint, uti ex sacris Pandectis constat *Gen. 1. v. 11. Dom. Soto d. J. & J. l. 4. q. 2. Hug. Grot. § d. Jur. bell. & pac. 2. c. 2. n. 2. Domin. Puffendorff d. J. N. G. lib. 4. c. 4. Guilielm. Ames. cas. consc. 5. c. 41. q. 1. Hugo de Roy. de eo quod just. l. 1. Tit. 5. n. 1.* contractuum ope non minus indigentiam humanam suppleri ac fundamine amicitiae societatem humanam fulciri ac conservari neminem vel mediocriter in legalis scientiæ & Jurisprudentiæ Theatro versatum latere reor. Tullius *l. 1. off. & Arist. 8. Eth. passim.* Tanta enim rerum sive instrumentorum, quibus ad vitæ conservationem homo indiget, est multitudo & varietas, ut planè unum sibi soli relictum eas omnes comparare & acquirere *ἐν ἀδυνατοῖς* ponendum existimemus: sed perpetuâ labore indigentiam necesse sit, nisi ipsi in societate degenti ea, quæ suâ industriâ comparare nō est potis, subministrent alii in illa aliave societate constituti. In primordiis quidem vitæ humanæ aliud quàm nunc est, dominium, aliud communionem fuisse statuit Grot: *d. mari libero c. 5.* dominium enim nunc quid proprium significat, quod ita est alicujus, ut alterius non sit eodem modo; commune vero statuimus, cujus proprietas inter plures quodam consortio aut consensu est collata, exclusis aliis. Linguarum paupertas coëgit voces easdem in re

non eadem usurpare. Et sic ista nostri moris nomina ad Jus illud pristinum similitudine quadam & imagine referuntur. Concludit itaq; Grotius Jure primo gentium, quod & Naturale interdum dicitur, nihil proprium fuisse. Quod & Cicero dixit: *Sunt autem privata nulla natura*, quod explicat doctè Dominus Puffendorff *d. J. N. G. lib. 4. c. 4.* quod ante hominum conventa fuerit omnium rerum communio, non quidem positiva, sed negativa. Verum cum fundamentum Juris naturalis sit vita socialis, & humani ingenii indoles satis ostendat, in magna multitudine hominum, vitam variis artibus excolere aggredientium, tranquillam & pacatam societatem subsistere non posse citra proprietatem & distincta rerum dominia, rebus humanis ita requirentibus, eadem fuit introducta; quo facto lex observare jubet quæ ad finem domini instituti faciunt, Selden: *de mari clauso lib. 1. c. 5. p. 26.* Non itaq; res omnes statim ab initio generis humani ex præcepto aliquo Juris naturalis proprietatem subire debuerunt, sed hæc introducta, prout pax mortalium id requirere videbatur, & sic prohibitio furti tunc demum vim suam sortita est, ubi ex conventionem hominum fuit definitum, quidnam cuique alienum, quid proprium esset, Dn. Puffendorff *de J. N. G. d. c. 4. §. 14.* Grot. *de J. B. & P. l. 2. c. 2. n. 2. & l. 1. c. 1. n. 10.* Introducta vero rerum proprietate, homines paulatim variis modis acquirendi, originariis & derivativis, de quibus Dn. Joh. à Feld. *p. 5. Element. art. 2. memb. 2.* operam dederunt, ut videre est apud Arist. *3. Polit. 4.* Grot. *de J. P. & B. lib. 2. c. 3. 4. 5. 6.* ut quod uni defuerit, ab altero suppeditaretur, ab hoc, quod illi, ceu sat scitè commentatus ad *5. Eth. 5.*  
ejus-



ejusd. Stagiritæ, & cum hocce profequitur Obertus Gi-  
 phanius pag. m. 383. Quo spectare potest locus Arist. *s. Eth. 8.*  
*Et 4. Eud. 3.* ὅτε δὲ ἡ χρεία συνέχει ὡπὼρ ἐντὶ ὄν δηλοῖ ὅτι, ὅταν  
 μη ἐν χρεῖα ὡσιν δυνήλων ἢ ἀμφοτέροι, ἢ ἕτεροι σὺν διωάτηνται.  
 Indigentia autem societatem humanam contineri, tan-  
 quam uno quodam, quod vinculi instar sit, ex eo per-  
 spici potest, quod ubi aut neuter eget re alterius, aut al-  
 ter eorum non eget, permutatio inter eos contrahi non  
 soleat. Dn. D. Eichelius *ad R. J. c. 2. Th. 3.* Et hac indi-  
 gentiâ natura videtur trahere voluisse non tantum homi-  
 nes ad illam societatem, quæ est civitas; sed etiam o-  
 mnes nationes & gentes ad aliquam universalissimam &  
 per totum terrarum orbem sese extendentem societatem  
 colendam Dn. á Felde *part. 1. c. 1. pag. 5. Element* quo per-  
 tinet illud Libanii, quod refert Hug. Grotius *de J. B. Et*  
*P. lib. 2. c. 2. n. 13.* ἔ μὲν τοῖς πάντα γὰρ πᾶσιν ἐνεῖμε μέρεσιν ἀλλὰ  
 διήρει τὰ δῶρα κατὰ τὰς χώρας εἰς κοινωνίαν τὰς ἀνθρώπων ἄγων τῆ  
 πᾶρ ἀλλήλων χρεία. *Deus non omnia omnibus terra partibus*  
*concessit, sed per regiones sua dona distribuit, quo homines alii*  
*aliorum indigentes ope societatem colerent.* Sic India mit-  
 tit aromata: Europa segetem: Vina Italia, Hispania, Gal-  
 lia; Anglia lanam & pannos: Batavia suggerit opificia;  
 Noriberga destituta metallis & aliis terræ fructibus, sed  
 beneficio mercaturæ defectum resarcit. Vide Maximil.  
 Faust. ab Aschaffenb. *Consil. pro erario class. 16. Consf. 149.*  
 Hugo Grot. *de Mar. libero c. 8.* Didac. Saavedra *Symbol.*  
*polit. 68.*

## §. 3.

Cum autem liber homo contra suam voluntatem  
 alterius gratiâ quicquam frustra facere, dare aut pati  
 (quod

quod fervorum est) vel rebus, quibus ipse abundabat, alterius indigentiam supplere non teneretur, & id ipsum quod unusquisq; legitimè comparasset aut industriâ suâ acquisivisset invito illo, ipsâ justitiæ ratione dictantè, ad alium venire non posset *L. 11. d. R. J. L. 2. ibi Nec cuiquam hominum Jus suum detrahi ff. de His qui sui vel alien. Jur.* dominium enim ex quacunque causa, sive ex gentium jure, sive ex jure civili sit ortum suos semper effectus habet ex ipso jure naturali, ut scilicet auferri nequeat nisi ex causis, quæ aut dominio insunt suapte natura, aut ex dominorum facto ortum habent *Grot. d. J. B. lib. 3. c. 20. n. 9. lib. 2. c. 14. n. 7. 8. lib. 2. c. 21. n. 11. lib. 1. c. 1. n. 6.* Nemo verò durare posset, quin aliquem re datâ obligaret, eam vel aliud pro ea jam obligaretur ipse redditurus: ortæ sunt super eo, quod inter homines placuit, obligationes, quibus ut homines starent Jure naturali & Gentium adstringebantur *L. 1. ff. de pact. Grotius. de J. B. & P. lib. 2. c. 11. Du. Puffendorf. d. J. N. G. lib. 3. c. 4.* Quemadmodum enim, homines ut inter se stent conventionibus, conservat societatem: Ita rursus promissum non solvere societatem & justitiam subvertit. *Domin. à Sot. de Just. & Jur. lib. 7. quest. 2. Artic. 1.* Quo cum illud Tullii facere videtur: Cum hominem fidem violantem omnium commune præsidium oppugnare dicit. Hinc diversitas obligationum & necessitatum cogendi libero homini impositarum orta est, quarum una dicitur naturalis, quam duplicem nonnulli faciunt; minus plenam, quæ pudori cuiusq; relinquit, utrum quod debet, præstare velit nec ne, qualis est illa ad ἀντιδωρα: & plenam, ex qua jure naturali nascitur actio, jure civili vero licet non actionem, alios tamen

tamen

9

tamen effectus insignes producit; Alia civilis; Alia mixta, quarum fit mentio in §. 1. & 2. *Inst. de obligat.* vid. Grot. *de J. B. lib. 2. c. 14. n. 6. lib. 2. c. 7. n. 4. & c. 14. n. 16. & in Annotat. in Epist. ad Rom. c. 15. v. 27. Puffendorff de J. N. G. lib. 3. c. 4. §. 5. 6.* Si enim liberi homines civiliter ad dandum, faciendum, vel patiendum quid obligati sint, Leges & Magistratus, qui legum custos & Magister vim coactivam addens Philosopho dicitur, ipsis imponunt necessitatem (intelligimus hic moralem, quæ cum vi coactiva conjuncta est) quo justum obtineatur. Si verò naturaliter obligati sunt conscientia mediante Syllogismo, qui rei turpitudinem ostendit & facit eam cerni vel in faciendo, quando facimus, quod omittere debeamus, vel omittendo, quando omittimus, quod fieri oportebat, homines ex certa quadam justitiæ censurâ, quam Deus omnium mentibus indidit. *Oldend. Class. 1. act. 1.* obstringit. Concipit autem intellectus noster ejusmodi Syllogismum, vel antequam homo aliquid fecit, & inde oritur conscientia faciendorum, vel concipit eum, postquam appetitus jam est satiatus, & iterum rationi locus datur, & tunc conscientia quam maxime exerit vires suas, & homini dum per illum Syllogismum ostendit turpitudinem facti per causas, majores quandoq; infligit cruciatus, quàm ipse carnifex, *Grotius in Annot. Epist. ad Rom. Cap. 2. v. 15. p. 200.*

§. 4.

Diximus verò suprâ indigentiam hominis ad benevivendum non uno modo, sed diversimode suppleri, quod evenit, si nempe res pro re, quod haud dubiè antiquissimum ante nummum inventum, genus commercii fuit,

B

Arist.

Arist. 5. *Ethic.* 8. 1. *Pol.* 9. l. 1. ff. *de Contrah. Empt.* aut pecunia pro pecuniâ, quod collybum Græci, hodierni mercatores Cambium vocant: Eckolt. *Compend. ff. Tractat.* §. 17. *circa finem de Edend.* aut res pro pecunia: ut in Emptione venditione: aut usum rei pro re: aut usum rei pro usu: aut usum rei pro pecuniâ, quod postremum locatio conductio, uti hæc ad tria contractuum genera revocat Hugo Grotius *de J. B. & P. lib. 2. cap. 12. §. 3.* Ex quo etiam diversos obligationum modos de quibus §. præcedenti & contractus pene omnes humanis necessitatibus exigentibus gentium Jure introductos esse volunt J. Cti Romani §. *Ex hoc Jure Inst. & l. 5. ff. de Just. & Jur.* Notanter dicitur PENE OMNES, quia eorum aliqui origine sua sunt Juris Civilis, veluti stipulatio, & nominum obligatio &c. Peretz. *Inst. de Jur. N. G. & C. Erot. 6.*

## §. 5.

Inter Contractus autem omnes Principe loco renidet is, qui in veteris permutationis locum, ut rectè animadvertit subtilissimus Bachovius *Th. 1. Diss. Treutleri 18. sub. lit. D. vol. 1.* per inventionem nummi, qui futuræ indigentia sponsor Aristoteli 1. *Pol. 6. & 5. Eth. 5.* vocatur, successit, nempe contractus EMPTIONIS & VENDITIONIS, quo mediante gens quæq; cum quavis gente sepositâ commercium, per quod omnes gaudent terræ bonis Dn. Mev. *ad J. Lub. lib. 3. Tit. 5. Artic. 12. Addit. ad N. 4. colit.* Hinc cum nervus quidam Reipubl. & vinculum societatis civilis habeatur mercatura, uti ex *Loysean Tract. de Seigneries, cap. 8.* tradit Dn. Limneus *in addit. ad capitul. Ferdin. III. artic. 20. pag. 705.* præbeatq; ubera, ex quibus publicæ privatæq; res aluntur, foventur & ornantur Dn. Mev.

Mev.

Mev. in discuss. Inop. Levam. debit. c. 1. n. 91. ejus libertas quibuscunq; modis & omni favore venit promovenda Dn. Mevius part. 2. Decis. 279.

## §. 6.

Cœterum, cum, ipso Cæsare Justiniano fatente, omnis civilis juris, (solis tamen naturalibus legibus firmis atq; immutabilibus permanentibus) maximè proprium atq; domesticum principium & fundamentum sit civilis UTILITAS, l. 7. §. 1. ibi: propter utilitatem publicam l. 11. ff. de J. & J. obquam pro usu exigente illud mutari, suppleri, corrigi imò & antiquari olim æque ac hodiernum fas est l. 7. §. 1. ff. d. J. & J: adeò, ut in rei naturam peccent, qui omnem legum & civilis Juris correctionem prohibent, Regner. ab Oosterga ad §. 5. ff. de Origin. Jur. qua de re & quam insigni felicitate hoc sæpius in nostris Judiciis fiat, testatur ipsa experientia, & pluribus videri potest π α υ ς Conringius Præceptor olim meus summe colendus, in deductione sua ad Hopperum de vera Jurisprud. Sic quoq; singularem hanc Juris gentium libertatem & commerciorum favorem ob civilem utilitatem, obicem & modum in eo pati cernimus, quod publica privatis anteponantur, & non promiscuè quidvis emendi vendendiq; omnibus semper fuerit æqua potestas; sed sua quosdam in rebus vendibilibus emendi vendendiq; ob publicum favorem manserit prærogativa, quod Justinianus observasse se gloriatur nobili illa sententia l. unic. §. 14. c. de caduc. tollend. dum illud, quod communiter omnibus prodest, rei privatæ & imperatoriæ etiam utilitati præferendum censet, cujus restrictæ libertatis exemplum exhibet rescriptum Theod. Imper. in l. 4. c. de

*commerc. & mercator. Klock de arar. lib 2. c. 25. n. 49. & seq. Knipschild. de jur. & privil. civit. imp. lib. 5. c. 22. n. 5. 6. & aliud in sale & salinis cernere est. Olim namq; salinæ Juris privati erant, eorum relictae arbitrio, in quorum fundis reperiiebantur l. 4. §. 7. Salina ff. de censib. Cujac. lib. 3. Obs. c. 31. Sixtin de Regal. lib 2. c. 19. n. 1. & seq. Heig. lib. 1. q. 13. n. 19. Joh. Del. Castell. de. usufr. c. 37 Dn. Struv. Syntagm. jur feudal 6. 6. th. 26. postea tamen salis emptio & venditio solis mancipibus, hoc est salis & salinarum conductoribus concessa, absq; quorum auctoritate nemo impunè vel emeret vel venderet l. Si quis 11. C. de vectigal. & Commiss. Hinc talem restricti Juris effectum hodiernum nemini non exhibent salinarum Lüneburgensium statuta omnes domunculam seu tabernam inq; ea quatuor frixoria, frinoria seu fartagines sive proprias sive conductitias non habentes à salinæ magisterio & salis concoctione excludentia solisq; salinæ magistris denen Sulfmeistern i. e. so selbst Meister seind und sieden können und dörffen magisterium hoc & salis concoctionem conferentia, quorum etiam collegium approbatur, in l. 1. princ. ff. quod cujusq; universitat. nomin. Quare & eorum redditus inter regalia recensentur in cap. unic. Quæ sunt Regal 2. F. 56. Carpz. J. F. R. S. p. 2. c. 53. d. 1. n. 9. Marp. Vol. 1. cons. 9. n. 3. & seq. Testatum porro nobis facit ipse Codex Justinianus argt. T. T. quæ res exportari non deb. Quæ res venir. non poss. De commerc. & mercat. olim apud Romanos per commerciorum comites prospectum esse, ne promiscuè venalia exportarentur vel importarentur, v. c. ne hostes diversorum armorum genere instructi validiores redderentur, arma & quodcunq; fer-  
rum*

rum vendi prohibitum fuit *l. 2. C. qua res export. non deb.*  
 Eodem modo vinum, oleum garum aliudve liquamen  
 extra fines Imperii exportari & Barbaris vendi non vacavit  
*l. 1. C. d. l. ne istarum dulcedine illecti promptius fines*  
*invaderent & hostilitatem tentarent, uti de Gallorum*  
*gente famâ dulcedinis frugum & vini voluptate captâ*  
*Galliam invadente refert Livius l. 5. Anton Peretz. ad d.*  
*Tit. Cod. n. 1. & Wissenbach ibidem. Idem de Arabibus*  
*Nabatæis scribit Strabo lib. 6. dum ait: εισαγωγήματα δ' ἐστὶ*  
*τα δ' ἔπαντελῶς, importare quasdam merces licet,*  
*quasdam non licet. Sic vinum & alias merces exoticas*  
*olim non recipiebant Belgæ, teste Julio Cæsare lib. 1.*  
*de Bell. Gall.*

## §. 7.

Sed! his exoticis missis, patrie etiam docemur jurè  
 illam gentium jure introductam mercaturæ libertatem,  
 cum ob ordinatam tempore annonæ caritatem, quæ in-  
 cipit à se ipsa; tum ob indigentiam propriam restringi  
 Dn. Mevius *part. 2. Decis. 316. n. 3. & d. 317.* videtis Brun-  
 neman ad *l. 5. ff. de Just. & Jur.* Dn. Cancellarius Vietor  
 in *decis. Rer. in supr. Dn. Comitum Dicasterio judicat. concl.*  
*39. n. 3. 4.* causâ propriæ, in qua vivimus, societatis con-  
 servandæ, cujus æquè ac sui ipsius homini injunxit con-  
 servationem Natura, quâ duce & sua sponte quemvis  
 hominum ad quod vis, quod illam societatem conservat,  
 obligatum omninò contendendum; cujus ipsius societatis  
 custodia prudentissimè certè appellatur fons ejus juris,  
 ad quod omnes homines promiscuè naturâ obligati, ab  
 Hugon. Grot. in *prolegom. de J. B. & P. n. 8.* Quapropter  
 communis utilitatis derelictio contra naturam à Tullio

reputatur, dum *lib. 3. Officior. & in orat. pro Cn. Manlio* ait: *Stare omnes debemus tanquam in orbe aliquo reipubl. qui cum jam versatur, eam deligere partem debemus, ad quam nos illius utilitas salusq. convertit.* Hinc providâ illâ propriæ societatis custodiâ & curâ Augustissimum nostrum Imperatorem & imperii principes ad specialem decantati stapulæ **Juris der Staffel Gerechtigkeit / Schiffs- und anlandungs schwangs concessionem** motos cernimus, cûm illo jure in usum & commodum incolarum inhibeant, ne certa loca præternavigent peregrini, sed suas ibi venum exponant *mercibus Franciscus Frid, ab Andeler lib. 1. Tit. 1. part. 1. n. 27. Jurispr. Klock. de Contrib. cap. 1. n. 272 & seq. Maximil. Faust. ab Aschaffenburg oper. consil. pro arar. class. 17. cons. 66. Lehman. Chron. Spir. lib. 4. c. 14. Rumelin. ad aur. Bull. dissertat. 3. artic. 3. Th. 38.* An vero sub vocula juris stapulæ non solum mercium exoneratio, sed & in loco publico ad venum expositio contineatur? Usus & observantia secundum *Elbertum Leonin. cons. 67. in fin.* est attendenda *Dn. Vietor concl. 33. n. 11. 12.* Non dubium est Imperatorem tale Jus concedere, & ita usum publici fluminis vel viæ restringere posse, *Mynsing decad. 2. resp. 19. n. 24. Klock. de Vectigal. concl. 56. lit. B. Everhard. Jun. cons. 9. n. 6. 7.* Nec obstat, quod impedimenta navigantibus & transeuntibus præstari non debeant, & sit liber usus commerciorum & navigationum, *caus. 23. q. 2. c. 3. Grot. de J. B. & P. l. 2. c. 2. n. 13. Dn. Puffendorf. de J. N. G. l. 3. c. 3. §. 5. Selden. de mari clauso l. 1. c. 20.* & sic nemo cogi possit, ut hoc vel illo loco exponat, uti in Camera Imperiali judicari ait *Mynsing. cons. 19. n. 3. Sixtin de regal. l. 5. c. 29.* quia hoc ita accipiendum est, si quid indebitè in flumine vel ripa fiat,

fiat,



fiat, quo pejus navigetur, vel absq; authoritate Principis naves sistantur, aut nova vectigalia imponuntur, secus in his, quæ ex justa & probabili causa autoritate summi Principis fiunt, Leonin. *consf.* 7. n. 10. Klock. *de arar.* l. 2. c. 16. n. 10. Latere reor & neminem posse plerosq; imperantes, territorii dominos & magistratus propria subditorum commoda peregrinorum commodis antepone, prohibendo, præprimis tempore penuriæ, ne peregrini territorium, civitatem &c. ingrediantur vel emanent aut vendant nisi à cive & civi. Et non injuria, cum non tantum imperantes annonæ curam habere debeant Cabedo *part.* 2. *Decis.* 92. Laurent. *Decis.* 40. Joh. Francisc. à Ripa *Tract.* de peste Tit. de remed. ad conservat ubert. n. 40. Sed etiam cives velut in societate oneribus; sic etiam privilegiis atq; favore peregrinis potiores meritò sint & prærogativâ gaudeant l. 2. C. de Off. prætor. Myns. cent 4. Obs. 30. Quæ prærogativa speciali statuto, quod Lüneburgi & Lubecæ die Wette Ordnung/ ejus officiales die Wette Herren nominantur, in plerisq; emporiis & civitatibus obtineri solet, Mevius *ad J. L. libr.* 3. Tit. 6. artic. 7.

## §. 8.

Cum autem tota civitas vivat vel salva sit per præcipuam sui partem; Destructo quippe eo, quod præcipuum est, totum salvum esse nequit. Dn. Joh. à Feld. *Elementorum part.* 3. lib. 6. cap. 1. memb. 1. artic. 2. n. 2. pag. m. 480. nemo non spontè largietur Domum seu familiam virtuosiore, quæ Philosopho 1. *Polit.* 8. omnis pars civitatis nuncupatur, præ cæteris in iis, quæ ad conservationem & custodiam societatis faciunt, prærogativâ gavisorum esse. Suadet hoc non duntaxat ipsa naturalis

ratio

ratio viros optimè de patria meritos strenuosve Reipubl. defensores præmiis esse afficiendos, sed etiam publica utilitas plane jubet, tales familias ad patriæ emolumentum natas, atq; generosâ indole propagatas, multis juribus atq; privilegiis, præprimis quæ ad illarum conservationem tendunt, esse confirmandas: quia non tam privatim, quam publicè interest, ut salva sit familiarum dignitas, quæ sine divitiis & patriis laribus conservari nequit. Ea propter, cum bonorum in familia conservatione, quæ sunt fulcrum Reipubl. splendor familiarum conservaretur, ipse Deus rerum cœlestium & terrestrium creator in veteri testamento custodiâ, Jure nempe Retractus linearis seu Gentilitio, familiis prospectum voluit, ipse addens rationem: Ne prædia gentilitia distraherentur, ut ex Bodino de Reipubl. lib. 5. c. 2. & aliis Reinking. Tract. Synopt. de retract. consang. quest. 1. n. 11. deducit. Huic toti ferè terrarum orbi præclaro Retractus Juri linearis licet nonnulli Doctorum ex l. 14. C. de Contrah. Empt. dicam scribere laborarint; tamen suo nunquam caruit effectu; sed nobilis ejus usus, teste Hermanno Vultejo, apud omnia omnium nationum judiciorum subsellia fuit frequentissimus: Et cum quotidiana, quæ semper in judiciis versantur, monentibus Paulo & Ulpiano Jctis, plenius veniant attingenda l. 8. princ. C. de bon. quæ lib. l. 25. ff. de liber. legat l. 6. §. 4. ff. de precar. & practicabilia magis, quam subtilia & parum fructuosa disputanda suadeat Hieronym. de Cœvall pract. quest. 101. Hoc retractus Linearis nobilissimum Jus pro modo ingenii & ratione instituti LOCO INAUGURALIS per capita sequentia, quantum sub concatenatis praxeos labo-

labo.

laboribus vacat, enodando ut sifteremus, duximus esse  
 è re; veniam tamen ut speramus meritori, si in hoc am-  
 biguo nimis circa hanc materiam variantium opinionum  
 & consuetudinum conflictu devius nos paululum excepe-  
 rit error. Annuat itaq; cœptis Deus ter unus. Tu vero  
 B. L. conatui huic fave & si meruerit, applaude.

## CAPUT SECUNDUM.

*Exhibet denominationem, diversas  
 Species, originem, æquitatem & definitionem  
 Juris Gentilitii seu linearis.*

### §. 1.

Cum in cujuscunq; negotii aditu consideratio no-  
 minum & appellationum rerum facilius ad ipsa rerum  
 adita ducat, initium speculationis nostræ rectè facturi  
 videmur, si prævia, etymologiæ & synonymiæ penetra-  
 tione perfacili, probè in naturam & species Retractus  
 inquiramus. Est autem Retractus usitatissima vox in  
 scholis pro redemptione prædiorum, lege aut pacto con-  
 trahentium introducta. Ut enim à contrahendo con-  
 tractum; à distrahendo distractum Jcti declinarunt; Sic  
 à retrahendo retractum accipere possumus, sunt verba  
 Calvini in *Lexico* ad vocem *Retractus* fol. m. 997. quo sensu  
 Javolenus in *l. si hominem* 19. ff. de usucap. Retractam ven-  
 ditionem dixit, & ita nos nostrum Retractum intelle-  
 ctum volumus. Diximus autem illum Gentilitium à  
 gente, quod idem est ac familia *l. 105. §. 2. & 6. ff. de*  
*V. S. & linearem seu linearium, à linea sanguinis & co-*  
 gna-

C

gna-

gnationis, quâ cognati inter se cohærent *l. 6. ff. de gradibus*. Quibus prædicatis noster Retractus contradistinguitur retractui conventionali, ut hic non competat nisi iis, qui sunt de sanguine & familia venditoris, ad hoc, ut bona conserventur in familia, nec invitis proximioribus gradu alienentur; Hinc etiam audit jus consanguinitatis, jus protimeseos i. e. prælationis, vel anterioritatis, jus congrui, Gail. *lib 2. obs. 19 in pr. recompræ, recomparisonis &c.* Einstand / Abtrieb / Neher kauff / Neher geldung / vorkauff / vorgeld / vorgang / Standt Recht / Lösung Zugerecht / Kauff zu gerecht / &c. quæ diversæ appellationes ob unam eandemq; causam i. e. proximiores cognatos sive consanguineos veniunt, uti responderunt Domini Scabini Wittebergenses Anno 1613. Immanuel Sutor. *tract: de retract. jur. cap. 1. th. 2.* vid. Balthas. Benedell. *de Jure protimis* Martin. Peg. in *Tract. vom Vorkauff und Einstand c. 1.* Dn. Reinkingk. in *Tract. de Retract. consanguinit. quest. 1. n. 9.* Bonavent. Gaver. *Vol 1. disput. 11. Basil. de Jur. Retract. Conclus. 1. & 2.* Matth. Berlich. *Conclus. præct. part. 2. conclus. 39. n. 10* Johan Vincent. *Honedæus Consil. 3. incipit: Cavetur statuto civitatis Clusii n. 1 v. 1.* Surd. *Consil. 371. n. 19. vol. 3.* Lüneb. *Policen Ordn. part. 2. Tit. 4. Argentoratens. Vol. 2. conj. 33. n. 23. 25.*

## §. 2.

Cœterum non unâ ex causâ jus Retractus (genera-  
liter tamen quatenus duntaxat respicit contractum Empt.  
vend. consideratum) competit. Aliquando ex pacto,  
quod conventionale appellatur, formam modumq; ha-  
bens ex lege conventionis strictè accipiendæ, nec ultra  
expres-

expressa attendendæ l. 7. ff. de Contrah. Empt. vendi. Aliquando jus retractus ex lege, statuto seu consuetudine, idq; multifariam, vel propter Dominium directum Domino in re Emphyteutica citra ipsius consensum extraneo vendita l. fin. C. de Jur. Emphyteut. Carpz. J. F. R. S. p. 2. c. 31. d. 6. Weseub. part 2. cons. 73. n. 44. Berlich. decis. 98. n. 15. cui adstipulantur Constit. Friderici lib. 5. feud. tit. 14. 15. 16. & extendi solet ad bona censitica Richt. Decis. 76. n. 60. & 61. Immanuel. Sutor. de retract. jur. cap. 6. Vel ratione crediti Jure Justiniano, si bona judiciali sub hastatione veneant, & plures sint licitatores, præferuntur extraneis emptoribus Creditores, ac inter hos is potior, cui major pecunia debetur. l. cum bona 16. ff. de Reb. auct. jud. possid. Carpz. decis. 54. n. 10. 11. Hodiè præsertim in terris Saxonis primus licitator præfertur Anton. Matthæus Tract. de auct. l. 1. c. 10. n. 41. Carpzov. J. F. R. S. p. 1. c. 32. d. 42. & 51. Aut ratione vicinitatis, quo in Emptione venditione vicinus extraneo præfertur per l. unic. C. non licere habitator. Metrocomia loca sua ad extraneum transferre. de quo retractu Rauchbar. p. 1. q. 43. n. 22. Fabianus de Monte in Tract. de Empt. q. 3. pr. q. 28. n. 28. n. 41. Immanuel. Sutor de retract. jur cap 5. Gail. lib. 2. obs. 19. n. 2. Dn. Brunnem. in tract. de Cession. action. c. 4. ad de l. un. C. Similiter ratione communionis socio conceditur, ut retrahere possit partem rei communis extraneo venditam lib. 5. Feud. Tit. 14. 15. 16. de quo Retractu Molina de J. & J. Tr. 2. d. 371. Berlich. p. 2. concl. 39. n. 11. Thomas Merkelbach in consil. Klock. vol. 2. cons. 24. n. 31. Rol à Valle vol. 1. cons. 63. n. 1. Paris. vol. 3. cons. 83. n. 3. Augustin. Barbosa in Collectan. ad. l. 3. C. de commun. rer.

*alienat. n. 5.* hunc tamen retractum potius in æquitate quam in jure consistere putat Guid. Pap. *sing. 780.* Hippol. de Marfil. *sing. 441.* & in ædibus non admittit Dn. Carpzov. *J. F. R. S. 2. c. 31. def. ult.* His adjungant communiter Dd. jus Retractus, quod competit propter continentiam ædium vicino, cui in Thuringia commune Jus congrui Das Gespieldte/ & quod in immobilibus in districtu urbis aut pagi extraneis (den Außländischen) venditis competit municipibus & incolis den Bürgern und Einwohnern/ similiter quod datur in fructibus à colono venditis, ubi Dominus habet privilegium primæ emptionis, de quo Covar. *lib. 3. Var. Res. c. 14. n. 6.* Gratianus *Tom. 1. Discept. cap. 149.* Surdus *de aliment. Tit. 1. q. 93. n. 14.* sed injuria, ut ex Rauchbär. *part. 2. q. 22.* & Carpzovio *J. F. R. S. p. 2. c. 51. de. 9. 10.* demonstrat. Mevius ad *J. Lubec. lib. 3. Tit. 7. n. 23. 24. & seqq.* Hoc enim desiderium naturam Monopoliū sapit, à quo licet non appelletur, nunquam tamen transit in rem judicatam, nec subditos obligat Mevius *part. 2. d. 279. n. 7.* Quod si vero dominus ob sui indigentiam iisdem opus habeat, non sine ratione aliis præferendus erit, Mev. *d. dec. 297. n. 10.* Surd. *in tract. de aliment. tit. 1. q. 77. n. 1. & cons. 210. n. 9.* In Comitatu Waldeck secundum ordinationes provinciales, vulgo Landes-Ordnung Generosi jure congrui sive dem Vorkauf/ quoad victualia pro justo pretio, gaudent: quæ consuetudo merito valet, secundum Carpz. *lib. 6. resp. 103. n. 5.* Dn. Cancellarius Vietor *in decis. rer. in suprem. Dnn. Comitum de Waldeck Dicast. judicat. concl. 41.* & deniq; nobilissima species est Retractus noster Gentilitius, quem Jus linearium vocat Brunne-mannus *in Tractat. de cession. action. c. 4. n. 32. pag. 229.*

qui-

quiq; , ut supra jam monuimus, hunc in finem, ut bona conseruentur in familia introductus, & utilissimus apud plerasq; gentes, quibus vel splendor nobilitatis vel dignitas familiarum cum excellatione legem præscripsit. Et hæc species Juris retractus linearis nostri instituti in præsentiarum erit.

## §. 3.

Antequam autem ad nostri Retractus linearis enodationem nos accingamus, ère fortean erit, si præjudicialem hanc quæstionem: An nostrum Retractus Jus lineare, seu Gentilitium, sit licitum, & Friderici Imperatoris de hoc jure constitutio vim sanctionis & legis universalis in Imperio nostro Romano - Germanico auctoritatem obtineat? prius terminemus; aliàs ordo Juris & instituti nostri subverteretur *cap. pen. Extr. de ordin. cognit.* quippe quod quæstio præjudicialis faciat acquiescere causam principalem *cap. si Judex 12. in fin. de Sentent. Excomm. in 6. Dn. Tabor. loc. comm. Barbos. lib. 14. c. 59. axiom. 9. princ.* Rationem dubitandi suppeditant sequentia 1. quod videatur militare contra libertatem naturalem, quæ liberum quemvis rei suæ moderatorem & arbitrum constituit *L. 21. C. mandati ibiq; Augustin. Barbosa: Et pro graui id habeatur injuria, ut homines de rebus suis facere aliquid cogantur inviti L. 3. C. de commun. reb. alien. cum nemo cogatur invitus rem suam vendere L. non est 9. L. nec emere 16. C. de Jur. deliber. Carpz. in resp. Elect. lib. 1. tit 6. resp. 59. n. 9. & multi seqq. aut permittatur per raptinam ab altero etiam justo pretio rem comparare L. nec quasi 70. ff. de Rei vind.* Secundo quod videatur adversari juri naturæ, quo jubetur, ne quisquam cum alterius

C 3

detri-

detrimento & injuria locupletetur. *L. 206. ff. de R. J. l. 13. §. ult. l. seq. ff. de cond. ind. l. 38. ff. de petit. hered. l. 55. pen. ff. de impens. in res dotali fact. l. 45. §. 12. ff. de jur. fisc. Grotius de J. B. & P. lib. 2. c. 10. n. 2.* quod sane fieret si consanguineus præferetur extraneo emptori in lucro per rem emptam acquisito. Tertio legi morali decalogi repugnare videtur; quâ Deus jusit neminem Domum, servum, ancillam, bovem, jumentum proximi concupiscere debere, quæ omnia Tertullianus compendio his verbis comprehendit, cum dixit: *alienum non concupisces*, adversus Judæos: item adversus Marcionem secundo: *Nec minima excipi debent, nec maxima; minima, ne paulatim ad majora fiat gradus*, Grot. *in explicat: Decalogi.* Quartò apparet ex *L. Dudum i'4. C. de contrahend. Empt.* per Jus civile hoc retractus gentilitii jus esse abrogatum. Marp. *vol. 2. cons. 24. n. 7.* Carpzov. *J. F. R. S. p. 2. c. 31. d. 1. n. 2. 3.* Rol. à Valle *vol. 1. cons. 21. n. 8. 22.* Rauchbar *part. 1. q. 43. n. 24.* Berlich. *part. 1. concl. 39. n. 12.* Myning. *cent. 3. obs. 51. in f. Mev. ad Jus Lub. l. 3. t. 7. ad Rubric. n. 5. 6.*

## §. 4.

Hisce non obstantibus, & licet constitutio Friderici Imperatoris, capitulis extraordinariis, quæ exstant *in lib. 5. Feud.* & non sunt authentica, Rosenth. *de feud. cap. 7. concl. 33. n. 17.* subnexa, communi Imperii consensu non sit recepta, nec pro cynosura & Jure authentico alleganda uti hoc Dn. Mev. *ad Jus Lubec. lib. 3. Tit. 7. ad Rubric. in addit. 14.* contra Cothmanni *Resp. 42. Vol. 4.* evincit, nisi vel usu sit recepta Dn. Reinking. *de Jure consanguin. quest. 1. n. 23. & seq.* firmiter tamen concludimus: hoc jus origine antiquis-

quis-



quissimum |divino ore Levit. cap. 25. Ibi enim Dominus  
 vers. 23. & seqq. filiis Israëlis in hunc modum edicit. Terra  
 autem ne vendatur in exterminationem: id est, in per-  
 petuum: mea enim est terra, & vos advenæ & peregrini  
 estis apud me: Quare cuncta regio ( prout vulgata versio  
 habet ) possessionis vestræ sub redemptionis conditione  
 vendatur. Lutherus: Ihr sollet in alle euren Rande  
 Daß Land zu Lösen geben. & sacris oraculis Ruth. 4. vers. 3.  
 Jerem. 32. vers. 7. Ezechiel. 7. vers. 12. 13. constitutū Dn. Puf-  
 fendorf. de J. N. G. lib. 5. c. 5. §. 4. nec juri Canonico c. 8.  
 constitutus X. de in integrum restit. ibiq; Gloss. & Hen-  
 ricus Boich, Nec Juri feudali, 2. F. 3. §. 1. 2. F. 26. §. 5. 2.  
 Feud. 9 §. ult. repugnare Dn. Struv. in Syntagm. juri feudal.  
 cap. 13. th. 13. sed generali Germaniæ consuetudine ubiq;  
 fere locorum introductum & constitutum esse Gail. 2.  
 Obs. 51. Richter Decis. 76. n. 8. Reinkingk. Tract. de Jur.  
 consang. quest. 1. Et cum mores recepti, legum dicantur  
 nervi l. de quibus 32. l. sed & ea 35. ff. de LL. Petr. Georg  
 Tholos. in Syntagm. Jur. univ. lib. 26. c. 25. nec minus  
 consuetudo legem anteriorem, quàm lex posterior abro-  
 gare possit Osvald Hillig: ad Donell. lib. 1. c. 10. lit. L. adeò  
 ut sententia contra consuetudinem lata sit ipso jure nulla  
 Mev. p. 5. d. 150. Brunnem. ad l. 32. ff. de LL. hoc jus Re-  
 tractus non est injustum. Quod enim à Deo ipso, qui est  
 fons omnis Justitiæ, in Republica Ebræorum est consti-  
 tutum, & apud omnes ferè gentes observatur, illud rectæ  
 rationi non repugnat. Atqui tale est illud Jus, quod  
 intuitu naturalis æquitatis ex Ebræorum legibus in usum  
 aliarum gentium est perductum, & primum à Græcis  
 receptum, Matth. de Afflict. de. Jur. prot. §. 6. n. 1. apud  
 quos-

quos summa turpitudine fuit, bona hereditaria majorum vendere Heraclides de *Politiis*. πολὲν γῆν Λακεδαιμονίοις αἰσχρὸν νενομισθῆ τῆς ἀρχαίας μοίρας, εἰδὲ ἔξεσι. *Terram vendere apud Lacedemonios de majorum vetusta hereditate turpe habebatur, nec licebat.* Dominus Puffendorf de *Jur. N. G. lib. 5. cap. 5. §. 4. in fin.* A Græcis ad Romanos transiisse, & in usu fuisse valde verisimile videtur. Est igitur naturali rationi (quæ tanquam omnium rerum rectissima arbitra vocatur Ernest. Cotthman *vol. 1. cons. 22. n. 5.*) valde conveniens, ut illi qui jure sanguinis junguntur & copulantur præ extraneis in venditione bonorum avitorum prærogativa gaudeant, ne paternis laribus & sepulchris ad sui consolationem careant, ut ait J. C. Celsus in *l. in fundo 38. ff. de R. V. Tholosan: Syntagm. jur. univ. lib. 26. c. ult. n. 1.*

## §. 5.

Nec officiunt supra adductæ dubitandi rationes. Quoad primam enim ex prioribus repetendum, quod propter publicam UTILITATEM hæc libertas suo modo patiatur restrictionem, quod temperamentum non planè coarctat contractuum libertatem, cum emptiones venditiones nihilominus maneant liberæ, salvâ retrahendi facultate. Ad secundam respondetur, quod quidem Lex Civilis nihil possit præcipere, quod Jus naturæ prohibet, aut prohibere, quod præcipit, Grot. de *J. B. & P. l. 2. c. 2. n. 5.* est enim Jus naturale immutabile, ut ne à Deo quidem immutari possit, Grot. de *J. B. lib. 1. cap. 1. n. 10.* Franciscus Svarez. de *Leg. lib. 2. c. 13. 14.* Beatus Dn. Calixtus in *Theol. morali*, & Dn. Procancell. Musæus in *disp. d. Jur. in genere n. 56. 57.* Et Dn. Hornejus *Philos. Moral. lib. 4.*

lib. 4. c. 3. n. 36. Quia vero salus populi suprema Lex est, & nihil acceptius & magis secundum naturam, quàm ut publica tranquillitas promoveatur, Juris divini & naturalis regulæ aliæ sunt superiores, aliæ inferiores, quas, quoties eventu collidi contingit, inferiores superioribus cedunt, & ab his interpretationem recipiunt: Hinc Regula inferior, quæ dicitur, nemini suam esse tollendum, sic intelligenda, ac si superiori conjuncta sic scripta esset: Nemini suum tollendum, nisi tamen publica salus aliud postulaverit. Justitia est æstimanda ex omnibus circumstantiis, & ut ait Tryphoninus in *l. bona fides ff. depositi*: *Et probo hanc esse justitiam, quæ suum cuiq; ita tribuit, ut non distrahatur ab ullius personæ iustiore petitione*, Grot. de *J. B. & P. l. 2. c. 10. n. 1*. Natura parentibus addicit liberorum subjectionem, reverentiam & obedientiam, liberis parentum amorem, cedunt vero hæc Reipublicæ, & in publicis causis nec patria potestas, nec liberorum officia attenduntur. Grot. *d. J. B. l. 2. c. 5. n. 6*. Sic ex lege naturæ libertas commerciorum hominibus competit; at illa libertas ob civitatum commoda restringi, aliquando prohiberi potest. Dn. Mevius in *prodromo Jurisprud. Gent. communis jusp. 6. n. 22*. Lex Civilis itaq; libertatem naturalem limitare, & vetare, quod naturaliter licebat, potest, Grot. de *J. B. & P. l. 2. c. 2. n. 5*. & formam præscribere iis, quæ sunt juris naturalis; cujus Legis Civilis ea est autoritas, ut ea formâ non observatâ, actus sit nullus in foro exteriori, Dn. Mevius in *prodromo Jurisprud. Gent. Comm. inspect. 6. n. 23* Brunn. *ad l. 6. ff. d. J. & J.* Hinc consuetudo Germaniæ, quæ jus Protimiseos fecit licitum, licet non ubiq; in eadem specie, Mevius *ad Jus Lubecens. lib. 3. tit. 7. ad Rubric.*

D

in Ad-

*in Additn. 8. non potest dici injusta, possunt enim jura hu-*  
*mana multa constituere præter naturam, licet contra natu-*  
*ram nihil. Grotius de J. B. lib. 2. c. 3. n. 6. & jus gentium,*  
*quod habet vim pacti inter gentes Grotius d. J. B. lib. 1. c. 1. n.*  
*14. & l. 2. c. 3. n. 5. subest civitatis atq; imperii potestati, ita ut*  
*illud, quoad cives, exigente publico bono restringi &*  
*mutari possit, quatenus expressum tacitumq; pactum*  
*mutationis arbitrio non resistit. Dn. Mevius in Prodrum.*  
*Jurisprud. Gent. inspect. 6. n. 33. Quod attinet tertiam ra-*  
*tionem dubitandi, Non delinquit ille contra legem De-*  
*calogi, qui ex justâ causâ, publicâ legum auctoritate, rem*  
*in extraneum alienatam desiderat. Quarta ratio ex l. 14.*  
*C. d. contrab. empt. petita facili negotio dilui potest; quam-*  
*vis enim concedamus, jus retractus consanguinitatis hac*  
*lege abrogari, quia impedit libertatem de re sua liberè*  
*disponendi, nisi lex specialis, vel statutum municipale a-*  
*liud constituat; Brunn. ad d. l. 14. hoc tamen jus resti-*  
*tuit Constitutio Friderici s. F. 13. & seq. non sine causa,*  
*nam quod Imperatores Valentinianus, Theodosius & Ar-*  
*cadius illam extranei emptoris retrahendi potestatem in-*  
*terpretantur gravem injuriam inani honestatis colore velatam,*  
*non est ferendum, cum & in sacris literis, & multis aliis*  
*juris civilis partibus illâ videamus approbari l. 35. ff. de minor.*  
*Bach. ad prim. part. Pandectar. p. 1085. Wissenbach. in Com-*  
*mentar: Cathedrar: ad d. l. 14. C. & Augustin. Barbosa in*  
*Collectan. Habent ergo propinqui, non obstante hac lege,*  
*sed contrariâ consuetudine dominante hodie hoc Jus, ut*  
*oblato pretio, quod extraneus dedit, possint retrahere*  
*res immobiles, Joh. Balthasar tit. 10. resol. Bavar. resol. 14.*  
*n. 9. Brunn. d. l. 14. C. quod Jus propter æquitatem, qua*  
niti-

nititur, non odio, sed favore potius dignum cēseri debet, Gail, l. 2. obs. 19. n. 1. Joh. Oldendorp. de Jur. & equit. tit. 8. Reinking. de retract. quest. 1. n. 51. & seqq. uti Dn. Scabini Jenenses Ao. 1613. mense Augusto responderunt: Es ist auffer allen Zweifel / daß das Einstand-Recht Gottes Worte nicht ungemäß / und wegen dem gemeinen Nutzen mit Wohlweisen / daß nemlich die familien gleich in ewigen Wohlhaben erhalten werden mögten / und zwar nur auß langer Übung und Gebrauch eingeführet / und dadurch der gemelte lex Dudum so auf das scharfe Recht gestellet / durch diesen billichen Brauch gänglich abgeschaffet worden.

## §. 6.

Hiscē præmissis, investigabimus, quid sit retractus linearis; hanc enim principem cujusq; operis partem esse sapientes dicunt, quæ distinctæ cognitionis gratiâ adhibetur. Unius quidem rei una est definitio, Aristot. 6. Top. c. 4. §. 2. quoad essentiam, cū enim unius rei sit una essentia, etiam una datur definitio, non plures; verum quoad conceptum vel modum concipiendi plures definitiones dari possunt, licet unam essentiam explicent, Stahl. Disp. 14. Reg. 6. Hoc Jus retractus non uno modo definiri solet, vid. Rebuff. ad l. verbum reddendi, vers. retrahere p. 408. ff. d. V. S. Petr. Gregor. Tholosan. in Synt. Jur. univers. l. 26. e. 1. n. 4. Reinking. d. qu. 1. n. 64. Sutor d. tr. c. 1. th. 9. Nos distinguimus inter actum primum, & secundum, de qua distinctione eleganter agit Beatus Dn. Procancellarius Musæus in Instit. Metaphys. c. 9. vers. 15. Retractus in actu primo consideratus describi potest, quod sit Jus consuetudinarium (i. e. facultas legitima, Grot. de J.

*de J. B. l. 1. cap. 1. n. 4.*) quo consanguinei proximi, rem immobilem ab aliquo consanguineorum extra familiam venditam, intra tempora constituta, oblato pretio retrahere, & ad se revocare possunt. Si vero Retractus in actu secundo consideretur, describi potest: quod sit rei immobilis, ab aliquo consanguineorum extra familiam alienata, intra tempora constituta, pretio oblato, actualis revocatio, vel retractatio.

## §. 7.

Dixi, quod noster Retractus sit in actu primo jus consuetudinarium, quia non solum in Galliâ, Italiâ, Hispaniâ & apud aliam exoticam gentem, de quo ex aliis testatur Virgilius Pingizerus *quest. Saxon. 36. n. 1. & seqq.* Tiraquell. *de Retract. in pref. n. 1. & 16.* sed etiam generali Germaniæ consuetudine ferè ubiq; locorum illud introductum est. Gail. 2. *Obs. 19. n. 1.* Johan. Koppen *Decis. 52. n. 12.* Mynsing. *cent. 3. Obs. 51. n. 1.* Matth. Coler. *Decis. Sax 23. n. 2.* Et licet is, qui in consuetudine intentionem suam fundat, eam probare debeat, quia consuetudo est facti, *cap. 1. d. const. in 6.* Mynsing. *cent. 6. obs. 96. n. 1.* Mev. *p. 4. d. 3.* ad quam probationem Fran. Marc. in *decis. Delphin. 255. part. 1.* etiam requirit: (1.) frequentiam actuum (2.) temporis diuturnitatem (3.) majoris, vel sanioris partis populi tacitum consensum; Idem affirmat Cothm. *cons. 13. n. 15.* Mynsing. *vero cent. 6. obs. 41. n. 3.* quatuor requisita ponit: (1.) ut sit rationabilis, (2.) usu sæpe frequentata, (3.) per multos annos observata, (4.) consensu populi introducta. Et sunt Doctorum discrepantes opiniones, an requiratur, ut consuetudo obtinuerit in contradictorio iudicio? Negantem sententiam tanquam receptiorem amplectitur Mynsing. *cent. 6. obs. 41. n. 15.* Tiber. *Decis.*

Decis.

Decian. *resp.* 11. n. 172. *vol.* 1. & *resp.* 51. n. 112. *vol.* 2. Coler. *de proc. execut. part.* 1. *cap.* 1. n. 35. Regner. Sixtin. *in Consil.* Marpurg. *vol.* 2. *cons.* 11 n. 74. 75. Agentem vero alii tuentur, Camill. Borell. *cons.* 65. n. 31. Ludolph. Schrader. *vol.* 1. *cons.* 6. n. 51. Verum hæc sententia, consuetudinem esse probandam, fallit in generali & notoria consuetudine, ea enim probatione non indiget, Mynsing. *cent.* 5. *obs.* 96. n. 7. Gail. *l.* 2. *O.* 31. n. 17. sed satis est si illà allegetur Myns. *cent.* 6. *obs.* 3. *in fin.* §. 8.

Legitime transfertur hoc jure contractus inter emptorem & venditorem celebratus in personam retrahentis; quia Retrahens subrogatur in locum emptoris, & in omnibus, & per omnia idem haberi, ac in ejus vestigia transire dicitur, perindè, ac si ipse emisset. Guilhel. Anthon de Freundeberg *Corollar.* 9. *Tractat.* de Rescript. *morat.* Carolus Molynæus *ad consuet. Paris.* *lib.* 1. §. 13. *gl.* 1. n. 49. & §. 20 *gl.* 5. n. 33. *vers.* consuetudo. Paul. Christin. *Vol.* 1. *decis.* 281. n. 5. Nulla enim nova venditio per Retractum celebratur, sed prior, uti est celebrata, in personam retrahentis, subducto emptore, transfertur. Franzk. *lib.* 1. *Resol.* 11. n. 49. Carolus Molinæus *ad Consuet. Parisiens.* §. 22. & *seq.* n. 3. & §. 33. n. 45. Hartm. Pist. *lib.* 1. *q.* 50. n. 10. Hinc retrahens non tenetur ad alias condiciones, quàm quæ in promulgatione contractus sunt expressæ, uti in suprema Frisiorum Curia Anno 1628. 20. Febr. judicatum refert Johan. à Sande *in decis.* *lib.* 3. *tit.* 5. *def.* 11. & postquam retractus est adjudicatus retrahenti, hic, non emptor de solutione pretii conveniri debet, & si venditor contra legem venditionis emptorem fefellit, retrahens ex empto agere potest contra venditorem. Jacobus Curtius *lib.* 3. *conject.* *cap.* 4. *tom.* 2. veluti in dicta suprema Frisiorum

D 3

Curia

Curia An. 1633. decisum notat Joh. à Sande *lib. 3. d. tit. 5. d. 11.* Mentionē in descriptione nostri Retractus fecimus contractus emptionis venditionis, quia regulariter hoc Jus in ea obtinet, Hartm. Pistor. *lib. 2. p. 1. quest. 12. n. 15.* Petr. Gregor. *in Syntagm. lib. 26. c. 3. n. 1.* uti Dn. Scabini Lipsienses Anno 1626. responderunt. Contractu emptionis venditionis propriè sumpto de Emptione nempè, quæ consensu, re & pretio intervenientibus perficitur. Carol. Molin. *in consuetud. Paris. Tit. 1. §. 13. gloss. 5. n. 46.* Hoc ipso excluditur illa emptio, quæ latissimè patet, & omnem alienationem comprehendit *L. 18. §. 1. ibi: quoniam lex duodecim tabularum &c. ff. de statu liberis.* Debet vero contractus Emptionis esse validè celebratus, & secundum leges factus, non laborare vitio nullitatis. Joh. Gædd. *Consil. Marpurg 19. n. 14. Vol. 4. Reinking. d. retract. q. 4. n. 2. 3. 4. 5. 6. 7.*

## §. 9.

Sub emptione comprehendo omnes alios contractus, vicem venditionis obtinentes, eiq; æquiparatos. Ex quorum numero (1.) Datio in solutum est *L. 4. c. d. Eviçt.* Hering. *de fidejussor c. 20. §. 21. n. 4.* Joseph Ludov. *Com. mun. conclus. 51. n. 27.* Quia dans in solutum planè vendentis loco esse censetur. *L. fin. ff. ex quib. caus. in poss.* Reinking. *d. q. 4. n. 18. 19.* sive illa fiat ex voluntaria, sive necessaria causa. Sutor. *c. 12. th. 263.* imo si fiat judicis auctoritate per sententiam, vel interpositionem decreti. Tunc vero in solutum datio in effectu pro venditione habetur si res immobilis pro debito quantitatis in solutum datur, secus vero, si res immobilis pro alia re immobili citra æstimationem in solutum datur Reink. *de q. 4. n. 37. & 38.* Hinc evictio prædio dato in solutum, utilis creditori ad-

ver-



versus debitorem ex empto datur actio *L. eleganter 24, pr. ff. de pign.orat. action.* Et quia aestimatio rerū in dotē datarum facit, ut res aestimato datae quasi venditae videantur, & sic periculum interitus ad maritum pertineat, *l. 10. ff. de Jur. dot. l. 5. l. 21. C. eod.* Carpzov. *J. F. R. S. part. 2. const. 42. def. pen.* Johan Del. Castillo *d. Usufruct. c. 4. n. 7.* Brunn. *ad l. 10. ff. de Jur. dot. & d. l. 5. C. eod.* etiam in re immobili in dotem aestimato data hoc Jus Retractus obtinet, Sutor. *c. 12. th. 266.* Non vero omnis aestimatio emtionem facit; quod si enim eo fine est facta, ut intelligatur, quanta pecuniae summa sit data in dotem, & iterum à marito solvenda, res immobilis data in dotem manet dotalis, nec ejus dominium in maritum transfertur, Didac. Covarruv. *praët. quest. cap. 28. n. 2. vers. Sed ex contrario,* Joh. Vincent. Honded. *vol. 1. part. 1. cons. 14. n. 40. 41.*

(2) Hic retractus locum obtinet non tantum in emtione perfecta, & pura, sed etiam in ea, quae sub conditione est contracta, in Contractibus enim consensualibus non inspicitur tempus impletæ conditionis, sed contractus *l. 78. ff. d. V. O. ibiq; Brunnem. Hering. de Fidejus. c. 6. n. 57.* Notandum hic; quod tribus modis dici possit perfecta emtio i. quoad illum effectum, ut non liceat pœnitere, hoc modo est perfecta emtio etiam sub conditione facta, Paris. *lib. 1. cons. 89. n. 9. Afflict. decis. 280. n. 3.* Brunnem. *ad l. 8. n. 12. ff. d. jur: & commod. rei vendit.* (2.) quoad periculum vel vinculum obligationis, & hoc modo venditio sub conditione non dicitur perfecta, priusquam conditio adimpleatur, Hinc in venditione conditionali pendente conditione damnum ac ruina totalis non ad emtorem, sed ad venditorem pertinet *l. 7. l. 8. ff. d. pe-*  
viri

*vic. & commod: rei Vendita. Uti præjudiciis confirmat Carpz.*  
*J. F. R. S. p. 2. c. 26. d. 21. damnum vero particular e*  
*etiam pendente conditione ad emptorem spectat, uti iti-*  
*dem præjudiciis corroborat Carpz. J. F. R. S. d. c. 26.*  
*d. 22. Minsing. cent. 6. obs. 36. uti etiam earum rerum,*  
*quæ pondere, numero, mensura constant, non aliter*  
*venditio est perfecta, quam si adnumerata, admensæ*  
*fuerint quasi contracta sub conditione l. 35. §. 5. ff. d.*  
*contrah. emt. indeq; periculum non nisi per adnumera-*  
*tionem, vel mensuram ad emptorem pertinebit, Carpz.*  
*d. c. 26. d. 23; ubi præjudicium subjungit, vid. Cardinal*  
*Mantic. d. tacit. ambig. convent. lib. 4. lit. 17. Carpz. in*  
*resp. Elect. lib. 5. tit. 4. resp. 25. & lib. 5. resp. 47. Cothman*  
*Volum. 1. conf. 4. n. 11. & seqq. Afflict. d. 280. n. 5. Brunnem.*  
*ad. d. l. 35. n. 5. 6. ff. de contrah. emt. Tertio modo dicitur*  
*perfecta in perfectione prima & secunda, quando*  
*pretium est solutum, & res tradita, Bald. & Salycet. in l.*  
*necessario 8. in pr. ff. d. jur. & commod rei vendit. Cum ita-*  
*que emptio sub conditione facta dicatur perfecta, ante-*  
*quam conditio existit, quoad effectum, ut alteri sine al-*  
*terius consensu non liceat discedere, non sine ratione*  
*exinde hoc consuetarium elicitur: quod agnatus pendente*  
*conditione admittatur, si traditio sit subsequuta, licet enim*  
*venditio sit conditionalis, dominium tamen per traditio-*  
*nem transfertur l. 7. §. fin. obseq. ff. d. jur. dot. conditio*  
*enim non impedit principium essentia contractus,*  
*si traditio fuerit subsequuta l. 16. ff. d. solut. Bald. lib. 1.*  
*conf. 478. n. 2. & sufficit traditio ficta, veluti si fiat per*  
*constitutum possessorium, Tiraquell. de retract. ligni §. 1.*  
*gl. 2. n. 28. Cardinal. Mantica d. tacit. ambig. convent.*  
lib. 4.

lib. 4. tit. 27. Porro sicut sub conditione emptio potest contrahi, ita & purè sic contrahi potest, ut sub conditione resolvatur; cujusmodi conventionum exempla occurrunt *tit. C. d. pact. int. empt. & vend.* Hujusmodi conventio est pactum de retrovendendo, ut venditori vel ejus hæredi quandocunq;, vel intra certum tempus pretium referenti res vendita restituatur *l. 2. C. de pact. int. empt. & vendit.* in quo casu etiam locus est huic juri, si venditor vult re emere *Afflict. decis. 338. n. 4. & in tract. de jur. protimis. §. tertius n. 20.* Sed quod si res immobilis vendatur reservato dominio directo, donec pretium solvatur? Idè dicendum, modo traditio sit facta, sufficit enim agnato retrahenti proxiori adversariū emisse & possedisse, vel dolo desisse possidere; alias enim fraus facili negotio cogitari posset. *Afflict. d. d. 338. Tiraquel. d. tract. §. 1. gloss. 2. n. 36. cum seq. Horatius Carpan. in Statut. Ducat. Mediolan. c. 417. n. 118.* Non vero locum habet beneficium retractus in pacto de vendendo, nisi fuerit tradita possessio, *Tiraquel d. tract. §. 1. gloss. 2. n. 56. 57. Menoch vol. 2. cons. 120. n. 22.* Est enim aliud venditio, aliud pactum de vendendo, *Bursat. Vol. 1. cons. 100. n. 1. Berous Vol. 3. cons. 62. n. 25.* nec promittens vendere certo pretio rem immobilem, hanc vendidisse dici potest, *Anthon. Thesaur. decis. 233.* qui tamen addit quædam temperamenta & limitationes, & promissio de vendendo juramento munita & vallata in perfectam emtionem non transit de præsentì *Rol. à Valle Vol. 3. cons. 69. n. 22. Joh. Petr. Surd. Cons. 52. n. 33. sab. fin. vers. & hæc sibi locum vendicant,* uti responderunt Anno 1624. Mense Aprili Dn. Scabini Lipsienses, *Carpz. part. 1. decis. 96. (3.)* In emtione sive venditione sub hasta facta, si bona nondum sint addicta plus licitanti, sed consanguineus post licitationem

E

nem

nem ab extraneo factam idem pretium offerat ei, qui plus licitatus est *l. 16. d. bon. aut. jud. possid.* Carpz. *I. F. R. S. p. 2. c. 31. d. 18.* Stephan: Gratian. *discept. Forens. 544. n. 50.* Et tandem omnes alii contractus, in quibus expressè lege, statuto, & moribus permittitur.

## §. 10.

Excluduntur ab his (1.) Permutatio: Carpz. *I. F. R. S. p. 2. c. 31. d. 16.* Andr. Tiraq. *d. tr. §. 1. gloss. 14. n. 28.* Guid. Pap. *decis. 92. in fin. & decis. 508. n. 1.* Alphons. *de Areved. ad reg. constit. Hispan. lib. 5. tit. 11. ad leg. 7. n. 80.* Statuta enim, quæ loquuntur de venditione, non habent locum in permutatione, Fabian. *de Monte de empt. quest. 2. in pr. n. 6.* Sic licet res fideicommissio subjectæ extra familiam alienari non possint, cum alia tamen re quæ majorem affert utilitatem permutari possunt, Cardinal. Mantica *d. Conject. ultim. volunt. lib. 7. tit. 8. n. 23.* Peregrin. *d. fideicommiss. art. 40. n. 32. & seqq. decis. 2. n. 4. vers. complic.* Magon. *decis. Florent. 16. n. 6.* Molin. *d. primog. lib. 4. c. 1.* Johan. Vincent. *Honded. Vol. 1. conf. 58. n. 32.* D. Vincent. *Fusar. d. fideicommiss. substit. quest. 530.* Et in permutatione jus retractus locum non habet, etiamsi res immobilis cum alia immobili & pecuniâ simul permutetur, dummodo res & non pecunia præponderet, Ludovic. Molin: *de Just. & Jur. tract. 2. disp. 370. n. 19.* Nicol. Boër. *decis. 144. n. 1.* Joan. Franc. Balthasar *pract. resol. tit. 10. resol. 17.* Mevius *p. 2. decis. 15. 26.* secus vero si ab una parte non solum res, sed etiam pecunia, quæ rei prævalet, data & soluta fuerit, tunc enim contractus pro emptione venditione habetur, Carpz. *J. F. R. S. p. 2. c. 32. d. 15. n. 5. 6.* & ita Jcti Jenenses Anno 1639. Mens. Julio responderunt, quod respon-

responsum refert Richter *Decis.* 76. n. 181. Quod vero di-  
 ximus, in permutatione Jus retractus non habere locum,  
 illud cum hoc temperamento est accipiendum, ut non  
 procedat, quando permutatio in fraudem retrahentium  
 est facta, Matth. de Afflict. *de Jur. Protim.* §. licet enim  
 n. 26. Matth. Berlich. *part. 2. concl. 39. n. 59.* Cum quo con-  
 cordat jus Bavaricum, Joan. Franc. Balthasar. *pract. resol.*  
*tit. 10. ref. 18.* ubi agit de modis quibus fraus illa probe-  
 tur, & quis illam probare debeat (2) Excluditur transactio,  
 uti Dn. Lipsienses responderunt Anno 1627. Carpz. *J. F.*  
*R. S. p. 2. c. 31. d. 17.* Reinking. *de jur. retract. q. 4. n. 95.*  
 Sutor *d. tract. c. 12. th. 275.* & sic etiam prohibitus alienare  
 de re alienari prohibitâ transigere potest. Peregrin. *de*  
*Fideic. art. 52. n. 88. post. pr. D. Vincent. Fusar. de Fidei-*  
*comm. alienar. prohib. q. 708.* (3) Divisio à pluribus co-  
 hæredibus facta, Hartm. Pistor. *obs. 138. n. 1.* Sutor. *d. c. 12.*  
*th. 271.* (4) Donatio simplex *l. fin. C. de prad. decur. l. 1. C. d.*  
*fund. patron.* donatio enim fit ex mera liberalitate, & sine  
 pretio, Hartm. Pistor. *p. 2. q. 12. n. 17.* & ita Dn. Scabini Je-  
 nenses M. Januar. Anno 1622. pronunciârunt. Sic etiam  
 quando testator prohibuit venditionem bonorum, non  
 est prohibita donatio, Petr: *de fideicommiss. q. 8. n. 1. &*  
*seq. Ruin. lib. 1. cons. 116.* Dn. Vincent. Fusar. *d. Fideicom.*  
*substit. q. 695.* Et Donatio causâ dotis, vel donationis  
 propter nuptias; est enim causa dotis debitum necessa-  
 rium *l. fin. C. d. dot. promiss.* Sutor *dict. cap. 12. th. 273.* ob  
 quam etiam bona fideicommissi alienari possunt *Auth.*  
*res qua C. comm. d. Legat.* Ludovic. Molin. *d. Hispan.*  
*primog. part. 2. lib. 4. cap. 6. n. 7.* Gail. *lib. 2. obs. 137. n. 17.*  
 Joseph. Ludovic. *decis. Lucen. 28. n. 76. & seqq.* Rota

Romana decis. 131. decis. 889. part. 4. D. Vincent. Fusar de Fideicommiss. substit. q. 531. (5) Locatio ad longum tempus, quia locatio non est alienatio, & locator dominus prædii manet l. 39. ff. Locat. Conduct. quod justissimum appellat Constant. L' Empereur d. Legib. Ebraor. Forens. Cod. 1. c. 10. §. 10. p. m. 304. Beatus Hahnus ad Wesenb. tit. locat. conduct. n. 8. Reinking. d. tract. quest. 4. n. 99. & seqq. Ita Dn. Scabini Jenenses Anno 1612. M. April. responderunt. Sutor d. c. 12. th. 277. Carpz. J. F. R. S. p. 2. c. 31. def. 8. Richt. d. dec. 76. n. 184. Et sic etiam bona Fideicommissio subjecta alienari possunt, D. Vincent. Fusar. d. fideicommiss. substit. q. 525. 526. (6.) Datio pignoris, per quam enim conventionem bona in familia conservantur, in illa non habet locum retractus. Atqui per dationem pignoris bona ita conservantur. E. Minor non potest in dubium vocari, quia penes debitorem dominium rei oppignoratae manet l. 29. in pr. qui & à quibus man. Sutor d. c. 12. th. 280. qui tamen hoc ita restringit, nisi fundus tanti sit pignoratus, ut sit nulla spes luitionis. Sic quoque in contractu Antichretico cessat Retractus, prout Dn. Scabini Jenenses Anno 1653. Mens. Octobr. responderunt, cujus sententiæ tenorem refert Sutor d. c. 12. th. 297. Nisi hi contractus simulatè & in fraudem retrahentis facti sint, aliàs Retractus nostro obesse non possunt, Berlich. p. 2. c. 39. n. 55. Reinking. de Retract. consang. quest. 4. n. 94. Cum fraus in omni contractu excepta videatur, adeò, ut simulati contractus indiciis apparentibus, retrahens ab emptore & venditore juramentum, ut ab hac suspicione se liberent, exigere possit. B. Carpzov. p. 2. c. 31. def. 17. Reink. d. l. (7.) Testamenti factio; Contractuū enim appellatione testamentarum & ultimæ voluntates non continentur,

l. 20.

*l. 20. ff. d. V. O. Rauchbar. p. 2. q. 14. n. 15. Carpz J. F. R. S. p. 2. c. 31. def. 15. & ita à Collegio Juridico Jenensi Anno 1622. responsum, Richt. dec. 76. n. 186.*

## §. II.

Notanter in nostra descriptione exigitur: contractus validè initus. Sicut in. post contractum emtionis, venditionis validè initum & perfectum, in præjudicium retrahentis, qui ex ipsa venditione jus habet quæsitum & radicatum, Gregor. Thol. in Synt. lib. 26. c. 4. n. 2. pœnitere non possunt contrahentes; Johann. à Sande in decis. Senat. Fris. lib. 3. tit. 5. def. 5. Ita vice versà retrahens, post sententiam à se impetratam, invito emptore, ex naturâ correlativorum, quorum eadem est disciplina & dispositio, à retractu non potest discedere. Reinking. d. T. quest. 5. n. 88. 92. Sic etiam non admittit Retractum contractus empt. venditionis, qui vitio laborat, aut ipso jure nullus est, lex enim vel statutum loquens de contractu vel actu, intelligitur de valido, non etiam de nullo *l. 4. §. 6. in fin. d. re judic. l. non putaveram §. non quevis in f. d. bon. poss. cont. tab.* Et hoc quoad effectum, si ve actum secundum: posset enim intentari contra emptorem retractus, qui obijciens retrahenti nullitatem, non erit audiendus, cum illius non intersit pretio recepto, penes quem res erit, & ita excipiens per replicationem possit repelli, quod sua non intersit, *l. ille à quo in fin. 13. §. 2. 3. ff. ad Scrum Trebell.* Carol. Molynæus ad Consuet. Parisiens. tit. 1. §. 13. Andr. Tiraquel. lib. 1. d. retract. gl. 5. n. 50. Hinc cum prædium minoris sine decreto fuisset venditum, & ita alienatio ipso jure nulla, per ea quæ tradit Joh. à Sande d. prohib. rer. alienat. part. 1. c. 1. §. 6. Suprema Curia Frisiorum Cognatis venditoris jus retractus adju-

dicavit, insuper habitâ nullitate ab emptore objectâ Anno  
1608. 25. Mart. Joh. à Sande in decis. Senat. Fris. lib. 3.  
tit. 5. d. 4.

## §. 12.

De personis & rebus illud notandum, quod noster Re-  
tractus Gentilitius duobus potissimum juribus absolvatur,  
utpote; jure retrahendi, & jure Prælationis, quo venditor  
tenetur ante venditionem consanguineis denunciare ad  
hunc effectum, ut rem, si velint, in familia possint retinere.  
Quæ denunciatio etiam fieri debet, licet is, cui fiat, in  
venditione fuerit præsens, aut testis, l. 39. d. pignor: act:  
in qua talis formatur casus: Titius fundum suum Sem-  
pronio loco pignoris obligavit, postea inter eos con-  
ventum, ut ad certum tempus in compensationem de-  
biti fundo illo uteretur creditor. Bach: d. pignor: lib. 7.  
cap. 14. in fin. Vinn. Select. quest. lib. 2. c. 7. Cujus pacti is  
est effectus, quod futuri fructus rei oppignoratae, veluti  
alea emti intelligantur, nec creditor teneatur ad ra-  
tiones reddendas, & vice versa, fructuum nullum sit peri-  
culum debitoris, quicquid creditor perceperit, æqui bo-  
niq; consulere debeat; & licet ob casum fortuitum nulli  
reditus ad illum pervenerint, conqueri non possit, Mev:  
in discuss. levam. inop. debit: c. 4. n. 42. Uti hoc deducit  
spectabilis Dominus Decanus in Conclus: suis forens. ad  
d. l. th. 19. & ita à Collegio Juridico in illustri Academia  
Hasso-Schaumburgicâ Anno 1664. responsum notat.  
Contingit vero, ut nondum elapso illo tempore cre-  
ditor Sempronius, qui fundum illum possidet, filio  
suo primogenito præleget, cum illâ falsâ demonstra-  
tione: Quem à Titio emi; Titius ut testis testamento  
sub-



subscripsit; an subscriptio ei præjudicet? quod negatur; subscribens enim se actui v. g. testamento, ut testis, non videtur approbare contenta testamenti, nec sibi & suis juribus præjudicare, Brunn. *ad. d. l. 34. §. 2. ff.* Objici solet *l. 26. §. 1. ff. d. Pign.* ubi ex tacita & virtuali approbatione, ut si quis subscribat instrumento, quo res ipsius est obligata, consensus elicitur, & ita judicatum refert *d. l. 26. Mornacius.* Verum hæc difficultas solvi potest, si distinguamus (1.) An alia causa impellens & finis subscriptionis, quam approbatio contentorum prætendi possit. (2.) An contradictione actum impedire potuerit, nec ne? an quis animo approbandi actum, an saltem sine animo approbandi, tantum pro solennitate subscripserit, uti est casus *in d. l. 39. ubi vid. Costalium.* Et omnino hic considerandum; an subscribens teneatur, vel ejus sit, instrumentum legere & ejus contenta, an vero non. Ex quo principio ratio decisionis petenda est *in d. l. 39.* ibi enim agitur de testamenti solennis subscriptione, quod nudè subscribendum & signandum exhibetur testibus, & subscriptio testis ad solennem formam testandi pertinet, non vero ad materiam. Bach. *d. pign. l. 5. c. 7. n. 3.* Rectè itaq; à supremo Senatu Frisiorum judicatum, teste Joh. à Sande *l. 3. t. 5. d. 8.* filium, qui ut testis subscripsit instrumento venditionis à matre factæ, sibi non præjudicare in retractu; Intentio enim filii non alia fuit, quàm ut saltem testis sua subscriptione venditionis instrumentum confirmaret, non ut se à retractu excluderet, Carol. Molinæus *ad Consuet. Par. l. 1. art. 13. Gl. 1. & art. 13. n. 8. 9. 10.* Actus enim externi Imperati sunt judicandi ab interna intentione agentis, uti docet communis schola Philosophorum & Jcto-

& Jcto-

& Jctorum, in quam rem plura congesit Hartm. Pistor.  
*l. 3. q. jur. 17. n. 2. & seqq.* uti enucleavit illam legem Spe-  
 etabilis Dn. Decanus in *Concl. For. ad. d. l. 26. th. 31.* Et ita  
 Dn. Jenenses Anno 1622. responderunt. Da gleich mehr  
 berührte Erb-Güter vier Sontage nach ein ander of-  
 fentlich säil geboten / und euch angetragen / Ihr auch  
 gegenwertig gewesen / still geschwiegen / und wider die  
 Verkaufung nicht protestiret hättet; demnach da ihr  
 euch der Nähergeltung nicht begeben (etiamsi agnati sese  
 subscripserint) Sondern nach beschehenen vierten auß-  
 ruffen / in Monats-Frist / vermöge der Henneb. Landes-  
 Ordnung euch zum Käufer angegeben / so habt ihr euch  
 daran nicht verschwiegen noch versäunet / B. R. 23.

## §. 13.

Refusio pretii quod emtionis causa datum, & tempus  
 retrahendi formam hujus contractus constituunt. Est  
 enim ea natura retractus, ut emtor sine damno ab emtio-  
 ne abeat, ac si nunquam emisset, Paul. *Christin. in decis.*  
*Belgic. vol. 1. dec. 281. n. 5.* Et sic hoc Jus retractus sub con-  
 ditione pretii solvendi competit, Francisc. *Viv. decis. Regni*  
*Neapolit. l. 2. dec. 320. n. 6.* licet venditor pretium conven-  
 tum remiserit, Carol. *Molinæus in Consult. Paris. lit. 1.*  
*§. 13. gl. 5. n. 55. gl. 8. n. 13. 4.* Martin. *Peg. in tract. vom*  
*Vorkauff l. 1. c. 2. vers.* Hineben felt eine Frage. Sicut  
 enim ex emto non datur actio, nisi soluto pretio integro,  
*l. 13. §. 8. ff. d. act. emti;* nam alias venditor rem venditam  
 retinere potest; idq; in omni contractu ultro citroq; o-  
 bligatorio locum habet, ut actor teneatur à sua parte satis-  
 facere contractui, Gail. *l. 2. Obs. 17.* Frantzk. *ad ff. tit. d.*  
*act. emt. & vendit. n. 15. & seqq.* Wames. *cent. 4. cons. 2. n. 12.*

Quid

Qui differt facere, quod debet, non potest petere, quod ei debetur, Carpz. *p. 1. d. 9. n. 16.* Quæ exceptio opponi etiã potest in instrumento liquido in foro Saxonico, Carpz. *J. F. R. S. p. 1. c. 8. d. 17.* Ita nec ex retractu datur actio, nisi integro pretio soluto, Tiraquel. *d. Retract. Convent. §. 4. Gl. 6. n. 24. & seq.* Brunn. *ad l. 13. n. 11. 12. 13. ff. d. act. emt. & vend.* Carpz. *J. F. R. S. p. 2. c. 23. d. 8. Lüneb. Pol. Ordnung tit. 4. verb. das volle Kauff-Geld.*

## §. 14.

Ad justam solutionem requiritur, ut solvatur integra summa quæ debetur, nec potest debitor invito creditori obtrudere solutionem per partes, *l. 32. ff. d. V. S. l. tutor. 41. §. 1. ff. d. Usur. l. 19. d. Pignor. l. 13. §. offerri 8. ff. d. act. emti.* Gœdd. & Wissenb. *ad d. l. 32.* Bach. *ad Treutl. Vol. 2. disp. 29. th. 2. lit. B. Mev. p. 2. d. 200.* Vinn. *ad Inst. pr. n. 4. & seqq. quibus mod. oblig. toll.* Klock. *tom. 2. conf. 39. n. 370.* Rota Genuens. *dec. 149. n. 14. & seqq.* Et ita responderunt Dn. Jehnenses Anno 1627. Mens. Sept. Imman. Sutor. *d. retract. th. 217.* Quod tamen fallit, si non totum pretium ab emtore sit solutum, sed pro parte pretii emtori sit habita fides; Ita Dn. Jehnenses pronunciarunt Anno 1672. Et pignora & fidejussores dare, vel cessio nominis vel actionis non est solutio *l. 4. §. 3. d. re judic.* Offerens pignora & fidejussores non est audiendus, Dn. Jenenses Anno 1626. mens. Oct. Sutor *th. 219.* Quod si retrahenti ex alia causa tantundem debeatur, tunc compensationi est locus *l. 4. ff. qui pot. in pign. Mev. ad Jus Lub. lib. 3. tit. 7. art. 1. n. 65. 66.* Sutor. *th. 220.* Nec venditor cogitur hoc casu de pretio fidem habere, nisi pretium adhuc sit illiquidum, tunc enim usq; ad ejus li-

F

qui-

quidationem consanguineus non quidem potest declarationem mentis suæ differre, dando tamen fidejussores, cum liquidatum fuerit, admittitur, *Mev. d. art. 1. n. 66. 67. 68.* Porro tenetur retrahens pretium ab extraneo promissum solvere, etiamsi justam æstimationem excedat, Ita Dn. Scabini Jehnenses Mens. Jan. 1617. Hartman. Pistor. *l. 2. qu. 12. n. 9. 12.* Wesenb. *cons. 73. n. 75.* secus tamen, quando majus pretium non verè, sed dolo & fraude ab extraneo oblatum vel solutum est, Hartm. Pistor. *d. q. n. 13.* Carpz. *J. F. R. S. p. 2. 33. d. 2.* Joan. Koppen *q. 52. n. 18.* tunc enim emtor præsumtionibus & conjecturis gravatus, instrumentum contractus edere, & verum pretium jurato indicare tenetur, uti pronunciarunt Marpurg. Anno 1608. die 18. Febr. & Jehnenses Anno 1618. Sutor. *d. tr. th. 222.* Berlich. *part. 2. conel. 31. n. 10.* *Mev. ad Jus Lub. lib. 3. tit. 7. art. 1. n. 57. 58. 59.* Quod Statut. Lüneburg. *part. 2. tit. 4.* exprimitur his verbis: *Behre auch vermühtlich/ daß das Kaufgeld anders/ als es in Warheit abgeredet/ arglistiger Weise erhöhet würde/ auf den Fall mügen Käufer und Verkäufer woll angehalten werden/ bey Ihren Enden das rechte Kaufgeld nahinkündig zu machen/ und anzuzeigen.* Intelligitur autem hic justum & verum pretium, non quod communis regionis æstimatione, rei qualitate, & redituum quantitate justum putatur; sed ad quod primus emtor obligatus erat, Stat. Lüneburg. *part. 2. tit. 4.* Und muß der Jenige/ so in den Kauf tritt/ das volle Kaufgeld/ auch eben auf die Frist/ und Tageszeiten/ oder aber baar/ gleich wie dessen der Käufer mit dem Verkäufer einig geworden/ bezahlen. Si vero post perfectam emtionem emtor pretium rei venditæ

auge.

augeat, retrahens ad refusionem hujus augmenti non tenetur, Carpz. *J. F. R. S. p. 2. c. 33. d. 5. Richt. d. dec. 76. n. 123. Sutor. d. tract. th. 224.* Quod si in ipso venditionis contractu sit expressè actum, ut liceat emtori certis temporibus, auf gewisse Tag=Zeiten / pretium solvere, tunc retrahens iisdem conditionibus & terminis, quos emtor in pretio solvendo habuit, fruitur, Lüneb. *Policen=Ordnung p. 2. tit. 4. verb. Auch eben auf die Frist/ und Tag=Zeiten/ Wesenb. d. cons. 73. n. 76. 77. Carpz. J. F. R. S. p. 2. c. 33. d. 7. Vid. Guilielm. Anton. de Freundeberg Coroll. 9. tract. d. Rescript. Morator.* Si retrahens ex oblatione integri pretii adversus emtorem efficaciter, & cum effectu agere intendat, non sufficit oblatio verbalis, Tiraquel. *d. tr. §. 3. gl. 3. n. 14. 15.* sed requiritur, ut retrahens emtori solutum pretium realiter offerat, & statim numeret, Carpz. *J. F. R. S. p. 2. c. 33. d. 4.* alias hoc jure retractus cadere dicitur, Paul. Christin. *in dec. Belgic. vol. 3. d. 58. in f.* Et quidem tenetur usuras etiam cum pretio solvere emtori; emtor enim, qui bona fide rem immobilem emit, pretio soluto, usuris carere non debet, *l. 5. C. d. act. emt. Ant. Faber in Cod. tit. de pact. inter emt. & vend. def. 17. n. 7.* nisi forsan emtor ex re emta tantos fructus perceperit, qui usuris respondent, Paul. Christin. *vol. 1. d. 302. n. 32.* vel emtor pretium ab initio à retrahente oblatum recipere noluerit, quo casu retrahens tantum tenetur restituere pretium, quod emtor dedit, *l. 3. §. 4. ff. d. act. emt.*

## §. 15.

Tenetur Retrahens non tantum integrum pretium, verum etiam in monetà probà, ejusdem bonitatis & ponderis, in quo illud ab emtore est promissum, vel solutum

venditori solvere, ne emtor vel venditor incommodum  
sentiatur, Marp. vol. 4. conf. 19. n. 127. Christin. in dec.  
Belgic. vol. 1. d. 302. n. 15. & seqq. Quod si mutatio monetæ  
fiat, sive in extrinseca sive intrinseca bonitate, retrahens  
pretium solvere debet in illa bonitate quæ fuit tempore  
contractus, Gail. l. 2. obs. 73. Richt. dec. 72. n. 9. Carpz.  
J. F. R. S. p. 2. c. 20. d. 4. 5. & in Asyl. debit. ad incit. redact.  
c. 2. n. 17. 18. & n. 38. & seqq. Klock. tom. 3. conf. 156. & in  
vot. Cameral. relat. 6. & relat. 103. n. 3. 4. Reinking. d. tract.  
q. 6. n. 291. Spectabilis Dn. Decanus in disp. sub ejus presi-  
dio habita de bonitate monetæ, ubi hoc pluribus deducit

## §. 16.

Pretium cum omni eo, quod emptionis causa da-  
tum, restituendum, i. e. cum omnibus sumptibus, puta  
tamen honestis, consuetis & necessariis, quales sunt (1)  
vini Weinkauff Gail. lib. 2. obs. 19. n. 10. Köppen. dec. 52. n. 24.  
Paul. Matth. Wehnerus obs. pract. verb. Weinkauff (2)  
Sanctus denarius, Gottespfenning Joh. Köppen. Decis.  
52. n. 24 (3) expensæ confecti instrumenti super contra-  
ctu Emptionis, & omnes necessariae expensæ in rem Re-  
tractui obnoxiam necessariò & utiliter sine fraude factæ,  
die nohtwendig und nützlich auffgewante Besserung. Zo-  
bell. 2. diff. 37. n. 10. Lüneb. Policen-Ordnung part. 2. Tit. 4.  
verb. und darneben alle auff den Kauff gegangene noht-  
wendige Unkosten/ abschreibgeld/ Gottespfenning/ und  
dergleichen. Augent enim tales impensæ necessariae pre-  
tium L. si necessarias 8. ff. de pignor. Adrian Gilm. rer.  
in Camer. judic. lib. 1. Decis. 20. n. 64. Inter has necessarias  
& restituendas expensas referunt etiam laudemia Dn.  
Richt. Decis. 76. n. 137. Bocer. Decis. 231. Caspar Ziegler.  
in Com-

*in Comment. Conclus. ad Anr. prax. Calvoli §. nobiles Conclus.*  
1. n. 280.

## §. 17.

Ex his facile perspicitur quibus expensis retrahens obnoxius non sit, nempe liberalibus, voluptuariis, excessivis, fraudulentis, & immoderatis. Peregrin. *de Fideicommiss. artic. 50. n. 33.* Panschman. *p. 1. quest. 7. n. 18.* Pro liberatione harum cautela datur retrahenti ut Emptori denunciaret, ne sumptus non necessarios faciat in re emptam, quia paratus sit eam retrahere Gail, 2. *Obs. 19. n. 10.* Köppen. *Decis. 52.*

## §. 18.

Emptore jam pretium ritè oblatum recusante, Retrahenti consulitur ut integrè obsignatum in publico deponat, per Text. in *L. 1. C. qui pot. in pign. hab. L. se Creditrici 6. & L. acceptam 19. C. de Usuris.* Eo ipso se liberat à cursu usurarum & omni periculo, Georg Everh. *Cons. 54. n. 120. vol. 2. Rot. Rom. apud Pacif. d. salu. interdict. d. 146. n. 4.* Gasp. Roderic. *d. ann. rediv. lib 2. q. 15 n. 53.* Barbos. *ad l. 19. n. 27. 28. C. de Usur.* Mevius *p. 2. d. 291. n. 5.* Georg. Schultz *in tract. d. obl. obsignat. & depos. cap. 4. n. 28. 30. 31.* Card Mantic. *d. tacit. & ambig. Convent. lib. 10. tit. 5. n. 16.* Carpz. *J. F. R. S. p. 2. c. 38. c. 16. 17.*

## §. 19.

Alterum formale nostri Retractus gentilitii constituunt tempora, quibus non observatis, contractus noster destruitur vi hujus præscriptionis, vel tacitæ renuntiationis. Quilibet enim Juri suo pro se introducto re-

nuntiare potest *L. 29. C. de. Pact. C. super hac s. Extr. de. Renunc. cap. dilecti 17. extr. de for. compet. B. Carpzov. J. F. R. S. p. 3. c. 20. defin. 12. n. 8.* Renunciati autem juri suo non datur regressus *B. Carpzov. J. F. R. S. p. 2. c. 13. def. 12. n. 10. & C. 17. def. 17. n. 4.* Renunciatio illa in nostro Retractu gentilitio fit vel expresse, quando proximus, aut consanguinei post denunciationem à venditore aut emptore sive in, sive extra judicium, disertis verbis aut scriptis, *Sutor. d. tract. c. 13. th. 284. de jure Saxo-nico judiciali resignatione Carpz. J. F. R. S. p. 2. c. 31. def. 13. & c. 32. d. 1. n. 4.* factam recusant emptionem: Vel tacite, quando post denunciationem rite factam tempus præterlabi sinunt, qui enim non paret terminis à jure præstitutis, renunciare videtur, *Sutor. d. c. 13. th. 296. Magon. Decis. Lucens. 31. n. 11.* Elapso igitur termino nullus amplius Retractui locus est, nec moræ purgatio admittitur, *Richter. Decis. 76. n. 156.* qui ita in Dicasterio Jenensi Anno 1626. Mens. Jul. pronunciatum refert. *Carpzov. J. F. R. S. p. 2. c. 32. d. 5. Sutor d. tract. c. 11. th. 109.* Circa tempus autem Retrahendi inspicienda sunt locorum statuta, & consuetudines, quæ mirifice variant. Si autem nihil certi in iis determinatum, ex jure communi tempus anni & diei à tempore consumati contractus concessum intelligitur, *Gail. 2. Obs. 19. n. 11. Myns. 3. Obs. 51. n. 5.* quod etiam obtinet jure Saxonico *art. 83. lib. 3. & artic. 6. lib. 2. Landr. Zobell. part. 2. differ. 37. n. 1.* §. 20.

Non exiguum autem jure Saxonico ratione termini à quo de judiciali resignatione & abdicatione, *Gerichtlichen Verlassung/Aufflassung/* & an sine illa emptio venditio non convalidetur? oritur dubium, quod ferè indi-  
es



es iudicum Saxonorum subsellia fatigat. Venditionem rerum immobilium sine hac judiciali abdicatione & resignatione etiam in foro Saxonico validam & utrinque obligatoriam esse, rationibus sat validis inter alios contra dissentientes evincit Dn. Frantzkius *lib. 2. Resolut. 12.* & Dn. Hahn. *in Obs. ad Wesembec. n. 10. de Contrah. Empt. vend.* sustinentes ad perfectionem contractus primam illam judicialem resignationem non requiri, facere tamen aliquid loco confirmationis & implementi ad perfectionem secundam; quorum magnorum virorum rationibus ut calculum nostrum denegemus, nulla nos validior movet ratio? Contrarium tamen quandoque Luneburgi ex ordinatione politica *part. 2. tit. 3.* Würde aber ic. & observatione longævâ iudicatum, in causarum defensione ego ipse expertus sum, cui juri consuetudinario accedit Dn. Philippi *in nuperis suis Decis. Electoral. Decis. 6. obs. 1. per tot.*

## §. 21.

Ex his infertur, quod in illis locis, ubi judicialis abdicatione ad confirmationem contractus requiritur, tempora retrahendi à momento factæ istius abdicationis judicialis currere incipiant. Stat. Luneb. *part. 2. Tit. 4. verb.* So hat der negste Bludts-Freund gute Macht und Fueg/ innerhalb Jahr und Tag NB. nach geschehener Aufflassung in den Kauff zutreten. Secundum Jus Lubec. à tempore relationis ad acta publica, seu in librum civitatis, in das Stadt-Buch Dn. Mev. *ad. J. Lubec. lib. 3. Tit. 7. Artic. 1. n. 77.* & currit ad ultimum diei momentum. Carpzov. *J. F. R. S. p. 2. c. 32. d. 2.* In terris electoralibus tantus hujus abdicationis in retrahentibus liberis effectus est,  
ut

ut alienationem bonorum à parente per resignationem perfectam & adimpletam impugnare haud valeant liberi, Bened. Carpz. p. 2. C. 31. defin. 12. & 13. De cujus sanctionis æquitate valdè dubito, nisi liberorum negligentia aliquid sit adscribendum, cum negligentibus & dormientibus jura non faveant, major tamen favor est familiarum. De Anno & die Doctores iterum conflictantur, rem autem plerorumq; locorum statuta & consuetudines facile decidere posse arbitramur.

## §. 22.

Annum intelligimus hic utilem, qui currere incipit à die scientiæ, Magon. *Decis. Flor.* 26. n. 44. Hartm. *Pistor. quest.* 12. n. 30. lib. 2. p. 1. B. Carpzov. *J. F. R. S.* p. 2. C. 32. def. 6. prout Dnn. Scabini Jenenses M. April. Anno 1616. *Sutor d. tract.* c. 11. th. 206. 207. 208. 209. Joh. Bapt. *Costa d. fact. scient. & ignor. insp. et.* 94. n. 6. Gail. lib. 2. *obs.* 19. n. 18. Paul. *Christin. in decis. Belg.* Vol. 1. d. 281. n. 22. qui tenent, ex capite justæ ignorantia restitutionem in integrum dari Reinking. *d. tract.* q. 7. n. 82. & seqq. Cessat in ignorantia affectata & supina, proveniente ex facto doloso ejus, qui præ tendit eam h. e. quando scire potuit sed noluit, Gail. 2. *Obs.* 48. n. 18.

## §. 23.

Retrahens si intra terminum à statuto aut lege præfixum, aut moribus receptum emptori non denunciaret retractum, aut de eo agat, jure suo cadit. Statut. Lüneb. *part.* 2. *Tit.* 4. vers. *Behme nun die neher geltung zustehet/ und derselbe gebrauchte sich solcher Gerechtigkeit inwendig Jahr und Tag/ nach dem das Verkaufte Guth vor Rath und Recht auffgelassen ist/ nicht/ der würd*

würde hernach nicht gehöret. Et hæc est communis  
 Doctorum sententia, quos inter videri possunt Matth.  
 de Afflict. *de Jur. protim.* §. 2. n. 24. Tiraquell. Benedell.  
 Reinking. quos etiam allegat Carpzov. *J. F. R. S.*  
*p. 2. C. 32. def. 1. Dn. Mev. ad J. L. lib. 3. Tit. 7. Artic. 1.*  
*n. 75. & 76.* Nec injuria, cum terminus legis sit per-  
 emptorius *L. 6. ibi nisi intra tempus &c. pr. ff. de opt. &*  
*elect. legata.* Hartm. Pistor. *quest. 12. lib. 12. p. 1. n. 21. &*  
*taciturnitas habeatur pro consensu.* Vultei *Cons. Marburg.*  
*25. n. 18. Vol. 2.* Lapsusq; diei vim habeat pacti de non  
 petendo Moller. *Const. Elect. Sax. 22. n. 44. p. 2.*

## CAPUT TERTIUM.

De

*Personis quibus hoc Jus Gentilitium*

*Activè & passivè competit.*

§. 1.

Hominum gratiâ jus constitutum esse, ideoq;  
 non nisi inter plures personas ad invicem collatas, vel ad  
 minimum inter duas, illud coli posse ipsa ratio suggerit;  
 Nemo enim sibi ipsi potest injuriam inferre, nemoq; se-  
 cum jure uti potest, sed uti omne Jus: ita omnis injuria  
 est adversus alium, & quidem de aliquâ re, in qua unus  
 plus, alter minus habet, docente id pluribus *Arist. 5. Ethic.*  
*passim.* Dn. Puffendorf. *de J. N. G. lib. 1. c. 6. §. 7.* Mevius  
*in prod. Jurisp. Gent. com. insp. 8. n. 11. 12.* Hinc cuivis intu-  
 enti facile apparebit jus nostrum Gentilitium ex se & suâ  
 naturâ consistere debere in æqualitate personarum & re-  
 rum,

G

rum,

rum, aliterq; illud, postquam nemini jus sibi met, ipsi dicere regulariter sit permillum, *L. 10. ff. de Jurisdic. plurimiq; de rebus suis propriis valde sinistrè judicent, Arist. 3. Polit. 6.* obtineri non posse, quàm actione legitimè ad illud ordinandâ. Pretium ergo operæ facturi rectè videmur, si perspectâ juris nostri Gentilitii naturâ, ductum Justiniani in *§. fin. Inst. de J. N. G. & C.* sequentes, personas, quibus hoc jus activè & passivè competat, nunc indagemus.

## §. 2.

Ex nostra autem paulò ante suppeditata descriptione patescit, ad Retractum nostrum (1.) non nisi consanguineum venditoris esse admittendum, *Gail. 2. Obs. 19. Mynsing. cent. 3. Obs. 51.* Cessante enim consanguinitate cessat & actio Retractus Gentilitii. Idcirco illa consanguinitas primum ante omnia probanda, *Meichsner. Decis. Camer. 31. n. 15. Tom. 3.* qui enim fundat in certa qualitate suam intentionem, tenetur illam probare, *arg. l. 1. 2. ff. d. prob. Mascard. d. probat. concl. 813. n. 1. Carpz. lib. 3. tit. 7. resp. 65. n. 3. Fulv. Pacian. d. probat. tit. 2. c. 12. n. 1. Ludovic. Gilhaus. arb. jud. c. 12. n. 6. Rol. à Valle vol. 1. cons. 3. n. 45. & vol. 3. cons. 22. n. 1. 2. 3. Marp. vol. 4. cons. 13. n. 5.* nisi sit in quasi possessione consanguinitatis, quæ onus transfert in adversarium & negantem, *l. 13. l. 14. C. d. probat. arg. l. 14. ff. eod. l. 5. C. d. liberal. caus. l. liberis 7. §. fin. ff. eod. Mascard. d. concl. 813. n. 2.* Hoc enim commodum est possessionis, ut reus possessor ab onere probandi relevetur, *l. 2. C. d. probat. l. ult. C. d. Rei Vendic. l. 4. C. d. edendo. Ludov. Post. d. mandat. manutenent. obs. 1. n. 8. 9. 10. 11. 12.* Sed quæri hic solet, an detur quasi possessio consanguinitatis? Ajen-  
tem

tem sententiam amplectimur cum Postio *de mandat. manutenent. obs. 10. n. 60.* ubi agit de quasi possessione filiationis, Mascard. *d. probat. concl. 799. n. 28.* Quod & de fraternitate, sororitate, & consanguinitate affirmat Peregrin. *d. fideicom. art. 43. n. 66. 67.* licet non pauci fraternitatis quasi possessionem dari negent, ex hac ratione: Cujus non datur petitorium, illius etiam non datur possessorium, *arg. l. 1. §. 1. ff. d. acquir. vel amitt. possess.* Pacian. *d. probat. l. 2. c. 12. n. 7. 8.* Gratian. *tom. 1. disc. for. c. 135. n. 42. & seqq.* Atqui fraternitatis non datur petitorium. E. nec possessorium. Accedit, quod multi fraternam charitate se diligant, qui tamen non sunt fratres, Wesenb. *cons. 13. n. 47.* Verum horum argumentorum vis est satis profligata in Disp. Inaug. Dn. Cammanni habita sub praesidio spectabilis Dn. Decani, *th. 7. de probatione filiationis.* (2.) requiritur, ut consanguineus proximior sit tempore venditionis, & Retractu intra statuta tempora utatur. Reink. *de Retr. cons. quest. 2. n. 25. 93. 46. per Dd. quos ibi citat.*

### §. 3.

Intèr consanguineos, in hoc nostri Retractus jure linearario, quod adsimilatur juri successionis, Coepolla *caus. civil. cons. 43.* primum locum merito tenent, ascendentibusque & ex latere cognatis praeferuntur utriusque; sexus liberi, sive suae potestatis, sive sub potestate patris sint, *Novell. 118. c. 1. princ.* His enim in bonis avitis, parète superstite aut mortuo, utut hereditatem adierint, in favorem familiae, ne eam bona egrediantur, Retractus primum conceditur, *Carpz. p. 2. const. 31. def. 10. Dn. Mev. ad. J. Lubec. lib. 3. Tit. 7. artic. 2.* quia retrahendo non censentur venire contra factum de-

functi, sed illud magis approbare, & confirmare, dum petunt se substitui loco primi emtoris, & retrahunt non hereditario, sed proprio & sanguinis jure, Anton. Gomeſius *ad Taur. leg. 70. n. 16.* Paul: *Christin. ad Leges Mechlinienses tit. 11. art. 3. n. 19. & ibi in addit. n. 5.* Steph. Gratian. *tom. 3. discept. forens. cap. 433. n. 2. 3. 4. 5. 6.* Et ideo concludunt filium heredem posse retrahere rem venditam, Decian. *vol. 4. resp. 35. n. 4. 5. & vol. 5. resp. 45. n. 35. & seq.* *Christin. in decis. Belgic. vol. 3. d. 55. n. 5.* imò & filium infantem, & in utero existentem, Stephan. Gratian. *d. cap. 433. n. 1.* Aliud vero jure Frisico obtinet; quod Jus retrahendi proximiori consanguineo venditoris cum hoc temperamento tribuit, nisi is, qui retrahere vult, repræsentet personam venditoris. Atqui venditoris heres ejus personam repræsentat. Ergo illo jure rem à defuncto venditam retrahere nequit. Et ita suprema Curia Frisiorum filio venditoris retractum denegavit 20. Decemb. Anno 1620. quæ contra concessit 27. Octob. Anno 1632. filiofamilias rem matris adhuc viventis à patre uxoris nomine venditam retrahere volentis; filius enim personam matris vivæ, cujus nondum heres existit, repræsentare nequit, Johan. à Sande *in dec. Frisic. l. 3. t. 5. d. 7.* Nec refert, an sint foeminae, an vero masculi, Constit: *Federici de jure ἀεὶ μὴ σέως*, in qua Imperator utitur his verbis: *Si quis*, quæ ad utrumq; sexum referri possunt, *l. 1. ff. d. V. S.* In qua lege est hystero-logia, sive inversa oratio; *tam masculos quam feminas, pro, tam feminas, quam masculos amplectitur*, cum de masculis nulla sit dubitatio. Verum hujusmodi verborum trajectiones passim in legibus occurrunt, *l. judices 12. C. d. sentent. & inter-*

inter-

interlocut. l. 73. in. pr. d. R. J. l. 2. §. 15. ff. pro. emt: l. 3. §. 2. ff. d. incend. ruin. naufrag. l. 3. §. 5. ff. d. bonor. possess. cont. tabb: l. 3. ff. d. diut. & temp. prescript: Et sic verbum hoc; si quis, Quisquis, est latæ significationis, tam foeminas quam mares comprehendens, l. 3. §. 1. ff. d. negot. gest. l. 7. in pr. & §. 1. ff. d. J. dict. l. 1. §. 1. ff. d. const. pecun. in contractibus, d. l. 3. l. 35. ff. d. pact. in testamentis, l. 62. in fin. l. 81. in. pr. ff. d. Legat. 3. in Interdictis, l. 3. §. 1. ff. d. hom. lib. exhib. Et ita in terminis Retractus, Mev. ad Jus Lub. l. 3. t. 7. art. 1. n. 37. Cæterum pupillus hoc jure retractus uti potest, quamvis tutore præsentem, & consentiente sit venditum prædium avitum. Hic quidem, quantum ad acquirendum, non indiget tutoris autoritate, potest enim semper conditionem suam meliorem facere; & ubi nullum incommodum metuitur, frustra expectatur tutoris autoritas, quæ ad hoc solum comparata est, ut in metu periculi pupillo per eam consulatur. Verum sicuti, qui cum pupillo contrahit, pupillo obligatur, licet pupillum sibi non obliget, l. Julianus 13. §. si quis 29. d. Act. emt. Ita qui cum pupillo obligationem solvendo vult distrahere, licet ea solutione dominium in pupillum transferat, attamen se à pupillo, qui per se neq; contrahere neq; distrahere obligationem potest, non liberat, l. 15. d. solut. l. 5. d. R. J. Debet itaq; debitor, si liberari velit, cum tutoris autoritate pupillo solvere, vel ipsi tutori, l. 46. §. 5. d. administ. tut. Intelligitur hic pupillus creditor: & si ipsi tutori sit solutio facta, debitores sunt ipso jure liberati, d. l. 46. §. 5. ff. d. adm. tut. l. 7. §. 2. d. minor: Verum ex Constitutione Justiniani in l. 25. C. d. adm. tut. tum demum plenissima liberatio contingit citra me-

tum restitutionis, si solverit autoritate Judicis, Carpz. *J. F. R. S. p. 2. c. 11. d. 45. 46. & lib. 5. tit. 8. resp. 67. p. 2. dec. 159.* Suth. *Diss. 6. §. 49.* Sicuti igitur solutio facta absq; decreto Judicis plenissimè non liberat debitorem, etiamsi tutoris autoritas intervenerit; ita etiam pupill<sup>o</sup> Jure retractus uti potest, quamvis tutore præsente & consentiente prædium avitum fuerit venditum, prout Dn. Scabini Jenenses mens. Jun. Anno 1622. ad informationem Mariæ Satlerinn/ Immanuel. Sutor. *c. 7. th. 107.* In liberis comprivignis Statuta Luneb. *part 2. tit. 4.* distinctionem hanc admittere videntur, quòd bona materna maternis, paterna paternis cedant ibi: Verkaufte auch ein beerbter Mann seiner Frauen Erb-Guth/ in dem Fallseind/ der Frauen Kinder/ und da die nicht in den Kauff zu treten bedacht/ ihre der Frauen/ aber nicht des Mannes nechste Bluts-Freunde der neher geltung befugt/ & hanc communissimam opinionem esse dicit Donell. *lib. 9. Comment. Jur. c. 4.* ibiq; Hilliger. *in Notat. lit. F.* Quod hætenus de liberis ex justis nuptiis natis dictum est, idem obtinet in liberis per subsequens matrimonium legitimatis Gail. *2. Obs. 141. n. 2.* quippe cum per illos non minus bona in familia retineantur, honestas & splendor familiæ conservetur, ac per alios legitimè natos. Dn. Carpz. *p. 2. c. 31. def. 11. n. 5.* Nam & hi iisdem jurib<sup>o</sup> familiæ inter se fruuntur *§. ult. Instit. de Nupt. L. 10. C. de Natur. liber. Nov. 18. C. ult. Nov. 89. c. 8.* Gail. *lib. 2. obs. 141.* Forster. *d. success. lib. 6. cap. 20. n. 15.* Marc. Anton. Peregrin. *d. Fideicom. art. 24. n. 5.* Mynsing. *cent. 3. obs. 42.* Francisc. Mantic. *d. Conject. ult. vol. 1. 11. cap. 12. vers. confirmatur,* Gabriel Roman. *lib. 3. sent. 6. tit. d. legitimat. con. cl 1. n. 36.* Ut vero legitimatio ex sub-

ex sub-



ex subsequenti matrimonio effectum sortiatur, non obest inæqualitas conditionis, ut si fœmina sit vilis conditionis, vir autem nobilis; Gail. *l. 2. obs. 141. n. 3.* Andr. Fachin. *lib. 3. controu. cap. 53.* & secundum hanc sententiam Senatium judicasse testatur Oct. Cacheran. *dec. Pedemont. 154.* Marc. Anton. Peregrin. *tract. de fideicommiss. art. 24. n. 51.* Menoch. *cons. 174. n. 6. & cons. 18.* Joseph. Lud. *concl. 26. n. 11.* quamvis alii contrarium statuunt, vid. Gabr. Rom. *lib. 6. sent. tit. d. Legit. concl. 1. n. 52.* Quas discrepantes opiniones conciliare nititur Ferd. Vasq. *lib. controu. 3. cap. 41.* statuens, quod quidem valeat matrimonium quoad substantiam conjugii, & quoad effectus quos lex Canonica accommodavit, non vero qui à lege Civili suam vim habent. Verum, quod etiam ad fideicommissa, nisi testatoris mens obstet, hic legitimatus admittatur, ac si legitimo matrimonio conceptus ac natus, statuit Peregrin. *d. art. 24. vers. tamen à priori non est recedendum.* Et licet Jure Civili instrumenta nuptialia requirantur ad specialem effectum legitimationis, quem matrimonium non ex se, sed Legis autoritate habet, ut liquido & perpetuo constare possit, non tantum, an ea, quæ concubina fuit, maritali postea affectu, & pro uxore sit habita; verum etiam, an liberi, & quinam sint legitimated, quod omnino instrumento inferendum, cum non alii quàm qui volunt, legitimentur, *Nov. 89. c. 11.* Attamen Jure Canonico instrumenta nuptialia necesse non est intervenire *c. tanta X. qui fil. sint legit.* Nec in terris Imperii, quo ad Jus successionis requiruntur, Marc. Anton. Peregr. *tract. de fideicommiss. art. 24. n. 55.* Et ita in senatu Pedemontano judicatum refert Tessaur. *dec. 83. n. 1.* Schrader. *d. feud. p. 7. cap. 5. n. 21.*

n. 21. vers. item, etiamsi hoc juramentum. Gail. l. 2. obs. 141  
 n. 3. qui n. 8. in Cam. Imper. observatum meminit, quod  
 valeat matrimonium cum concubina in articulo mortis  
 contractum, & quod filii jam antea nati per illud matri-  
 monium efficiantur legitimi & naturales.

§. 4.

Ab hoc nostro Retractu excluduntur (1) legiti-  
 mati per rescriptum Principis aut Comitem Palatinum,  
 Gail. 2. Observ. 140. Hi nec gaudent beneficio statuti  
 excludentis foeminas, vel filias, quam sententiam Ca-  
 mera Imperialis probat, Gail lib. 2. obs. 140. n. 6. & n. 19.  
 Minsing. cent 3. obs. 26. n. 12. Cephal. cons. 278. n. 1. vers. cui  
 difficultati respondeo. Petr. Ant. de Pet. d. potest. princip.  
 cap. 32. n. 17. 19. nec ad successionem feudi admittuntur  
 2. F. 26. §. naturales. Val. Forst. d. succ. lib. 6. c. 39. n. 1. Dn.  
 Struve in Syntagm. jur. Feud cap. 9. th. 3. nisi Princeps natura-  
 les eo fine conceptis verbis legitimaverit, ut hoc jure re-  
 tractus uti possint. (2) removentur à nostro Retractu  
 Gentilitio naturales tantum, seu spurii, & Basthardi, Myns.  
 1. obs. 35. Ratio: quod non sint de domo seu familia, Va-  
 lent. Forster. de Success. ab intest. lib. 3. c. 25. n. 16. Hon-  
 dedæus Cons. 68. n. 15. vol. 1. nec familiæ jus ullum à patre  
 habeant. Palæott. de Noth. & spur. C. 59. Idem (3) obti-  
 net in eorum liberis. Cujus hæc dari potest ratio: quod  
 incapacitas originalis & radicalis transeat in descen-  
 dentes, Chass: in consuetud. Burgund. de Retract. verb. Le  
 plus prochain. Sed cum matri spurius non nascatur, relin-  
 quimus illi maternæ familiæ bona, in quibus ab intesta-  
 to jus succedendi habet. l. 2. l. 8. ff. unde cognat. licet ma-  
 ter sit nobilis Mevius p. 3. d. 83. vid. Muscul. de Success. Con-  
 vent.

*vent. & anomal. Class. 1. M. 3. lit. P. N. 111. Petr. Greg. in Syn-  
tag. Jur. lib. 20. c. 17. n. 10. (4) Adoptati ab extraneo, qui filii  
ficti sunt, non veri, Statutis non comprehenduntur, nec ha-  
bent jus sanguinis, Reink. d. tract. q. 2. n. 303. & seqq. Ratio-  
nem cujus juris hanc nonnulli reddunt: Ne imagine natu-  
ræ veritas ipsa adumbretur, L. fideicommissum 76. ff. de condit.  
& demonstr. Secus vero in adoptivis ab ascendentibus, qui  
jura familiæ habent, & in arrogatis, Reink. q. 2. n. 320. An  
autem per exhæredationem patris, liberi à Retractu gen-  
tilitio excludantur? quæri solet. Negantem sententiam  
probo, motus his rationibus, quod exhæredatio excludat  
quidem liberos à successione, non autem à familia, arg.  
l. 10. §. Julian. 1. in fin. ff. de bon. libert. l. 144. §. 15. ff. de leg. 1.  
& Retractus ad totam familiam, non verò ad solum pa-  
rentem spectet. Et ita in causa quadam in Dicasterio Mar-  
purgensi agitatum & resolutum meminit 10. Maij Anno  
1630. Reinking. d. tract. q. 2. n. 62. Si autem liberi sint  
vitiosi qui scelere familiam coinquinare possent, aut no-  
toriâ ingratitudine laborent, veluti si atroces injurias vel  
impias manus venditori & familiæ intulerint, illis non  
immeritò Jus hoc linearium, quod in favorem & splen-  
dorem familiarum introductum, denegabitur, Richt. De-  
cis. 76. n. 22.*

## §. 5.

Non intempestivè hîc quæri solet. Si tempore ven-  
ditionis sit aliquis proximior venditori, ante elapsam  
vero tempus retractus proximior nascatur venditori, quis  
ex illis retractum habeat? quæ difficultas hâc distinctione  
diluï potest, si distinguamus inter conceptum ante ven-

H

ditio-

ditionem, vel post, ut priore casu ajens sententia sit verior posteriori vero negans. In quo enim subjecto deest qualitas consanguinitatis, ratione cujus competit retractus eo tempore, quo ipse retractus defertur, illi non potest competere retractus. Atqui qui nondum est conceptus eo tempore, quo perficitur emptio venditio, illi deest qualitas consanguinitatis &c. E. Emanuel Costa *lib. 2. Select. interp. q. 6. Sutor. d. tract. c. 7. th. 106.* Quid si proximior, qui ad retractum se obtulit, plures relinquat heredes, an unus ex illis solus hoc jus persequi & totam rem redimere possit? quod affirmat Nicol. Boër. *decis. 251.* si reliqui coheredes pro sua portione expressè repudient, vel etiam negligent Reink. *d. tract. q. 2. n. 124. 125.*

## §. 6.

Tandem si plures sint liberi gradu pares, & res commodum divisionem non admittat, præventionem vel sortem dirimendam censent. Dn. Reink. *d. Tr. q. 2. n. 84. usq. ad n. 91.* Dn. Mev. *ad J. Lub. lib. 3. Tit. 7. Artic. 1. n. 42.* Habitâ tamen ratione familiæ, fortioris vinculi: Imo favoris status Reipubl. præsentis, & sexus: Cum filia familiæ finis; filius autem fundamentum dicatur. Familiam conservant nati ex masculis. Fœminarum liberos in familia earum non esse, palam est, qui enim nascuntur, patris, non matris familiam sequuntur, *l. 196. §. 1. ff. d. V. S. Gail. lib. 2. obs. 2. n. 16.* Hinc Labeoni Antistio Soror appellata est, quasi *seorsim nascatur*, & ab ea domo, in quâ nata est, separetur, & in aliam familiam transgrediatur, auctore Gellio *13. noct. Attic. 10.* Hebræi fœminas vocant Naschim à themate *nascha* i. e. *oblivisci*, eo quod in iis paternæ familiæ nomen oblitteretur. Et non nemini Soror videtur esse

esse

esse ex Syriaco, ut significet ramum declinantem, Hebraei dicunt *Marem Zachar.* id est, recordari, sive memoriae tradi, quia mares familiam paternam conservent, uti notat Wissenbach. *ad l. 196. ff. d. V. S.*

## §. 7.

Deficientibus descendentibus succedunt ascendentes, *arg. Nov. 118. c. 2. Berlich. part. 2. concl. 39. n. 14. Tiraquell. d. tract. §. 36. ad fin. tit. n. 92. & seqq.* Et denique collaterales & alii cognati, ita tamen, ut semper proximior admittatur excluso remotiore, exemplo edicti successorii, *Marp. vol. 3. cons. 32. n. 128. & vol. 1 cons. 27. n. 224. 228.* Jure Saxonico collateralibus hoc jus non competit. *Rauchb. decis. 70. n. 32. Carpz. J. F. R. S. p. 2. c. 31. d. 11. Matth. Coler. p. 1. decis. 15. n. 34.* Verum aliter in Ducatu Luneburgensi, vid. D. Henrici Julii privilegia, *Statuta Ordin. der Henrich Stadt Anno 1602. tit. 13. von der Nâhergeitung & Jure Lubecensi cautum, Mevius ad Jus Lubec. lib. 3. tit. 7. art. 1. n. 34. 35.* Hoc jus retractus sequitur naturam & jus successionis, ita ut qui hujus sint capaces, eo, quo eos jus vocat, ordine admittantur, illius vero incapaces excludantur. Probè autem notandum, quod, quando plures vocantur personæ indefinitè & sub nomine colectivo familiæ, intelligantur ordine successivo, exemplo successorii edicti, *vocatæ. L. petro 69. §. fratre 3. ff. de legat 2. Georg. Everhard. cons. 4. n. 4. vol. 1.* Ita ut proximior, quem in computatione graduum cognationis nemo præcedit, semper remotiorem excludat, nullâ habitâ differentia inter agnatos & cognatos *Richter Decis. 76. n. 25. Honded. 1. cons. 7. n. 2. Berlich. p. 2. c. 39.* Hæc proximitas consideratur respectu venditoris non pri-

mi acquirentis, unde bona primordialiter provenerunt, *L. sed si plures in §. 2. ff. de vulgar. & pupill. substit.*; ubi non stipitis, cujus desit esse hereditas, sed sequentium, quorum per aditionem subsequutam patrimonium proprium fit, ratio habetur. Valentin. Forster. *de Success. ab intestat. lib. 3. c. 30. n. 17.* Berlich. *p. 2. c. 39. n. 27.* Mev. *ad J. Lxb. lib. 3. Tit. 7. Artic. i. n. 41.* A quibus autem discessum non nulli, quos refutat Tiraquell. *§. 11. Gloss. 1. n. 12.* & statuta Luneburgensia quæ habentur *p. 2. Tit. 4. verb.* Würde ein Haus ꝛc. Pfannen/Wispel oder ander auff unser Sülzen belegenes Guth / so der Besitzer zuvor nicht selbst Kauffweise an sich gebracht / sondern das durch Erbfall an Ihn kommen ist / verkauft / so hat der negste Bluts-Freund / der in absteigender Lini dem Jenigen verwandt / von welchem solch Guth anfänglich herkommen ist / gute Macht ꝛc. in den Kauff zutreten / *facere videntur.* Sed quia mentio fit hoc tit. lineæ rectæ descendens, puto statutum loqui de liberis seu descendentibus diversi matrimonii, cujus ratio supra §. 3. data.

## §. 8.

Non solum autem ex suâ: sed alterius persona quis ad Retractum nostrum admittitur, uti ex Jure conjugalis societatis, aut curatellæ, maritus pro uxore, Reinking. *d. Tr. quest. 2. n. 172. & seqq.* aut si quis nomine consanguinei sub ratificatione, quæ intra tempora retrahendi sub pœnâ amissionis causæ accedere debet, agat. Johan: Parlador, *Rer. quotid. lib. 2. C. fin. p. 3. §. 2. n. 15.* Admittitur etiam ipse venditor, si consanguineus rem retractam post primam venditionem vicissim eodem titulo in alium quendam extraneum transfert, Cum hic duplex & sepa-

separata venditio, & utriusq; sit diversa ratio, Reink. *d. tr. q. 2. n. 367.* Quando statuta loci cujusdam requirunt, ut Retrahens non admittatur ad retrahendum, nisi jus prius civitatis acquisiverit, tunc qualificatio personæ, retrahenti injungenda, Mev. *p. 5. Decis. 267. 268.* quo casu cives privilegiati, Nobiles, Doctores &c. à Jure Retractus non excluduntur, licet non ferant onera, privilegiorum tamen civium capaces sunt, nec id in eorum præjudicium extendendum, quod ipsorum favori datum. Brunnem. *ad L. 16. ff. de Reb. auct. Jud. poss. n. 12. allegatus Dn. Mevius p. 5. Decis. 269.* ut autem infinitas, quæ odiosa legibus, evitetur, certis hoc nostrum jus includitur gradibus, & quidem argumento successionum, *§. fin. Inst. de Success. Cogn.* ultra gradum decimum non extenditur, Mevius *ad Jus Lubec. part. 2. tit. 2. art. 1. n. 84. & seqq.* qui probat hanc sententiam in Germaniæ tribunalibus esse receptam. Carpz. *J. F. R. S. p. 3. C. 18. d. ult. Berlich. p. 2. conclus. 39. n. 39.* vid. Petr. Greg. Tholos. *libr. 26. c. 13. n. 3.* qui putat ultra sextum aut septimum gradum, secundum computationem civilem, non esse hoc jus Retractus extendendum: Quam controversiam loci statuta dirimunt, quæ Lüneburgi *d. part. 2. Tit. 4.* Jus Retractus ad quartum gradum inclusivè admittunt verb: *Würde ein Haus/ Bude/ Garte/ Pfannen/ Wispel oder ander auff unser Sülzen gelegenes Gubt Verkauft/ so hat der negste Bluts-Freund in der absteigenden lini, auch bis ins Vierdte Glied einschließlich &c. in den Kauff zu treten.*

§. 9.

Hujusverò juris incapaces sunt (1) qui post denuncia-

H 3

tio-

tionem hoc Retractu uti nolunt, Dn. Mev. *ad J. L. lib. 3. Tit. 7. Artic. 1. n. 71.* Inter quos tamen non censendi, qui saltem interfunt contractui, aut instrumento super venditione confecto, ut testes subscribunt, quod exemplo subscribentis filii aut filiae instrumento matris probat Dn. Brunnem. *ad L. 39. n. 3. & 4. ff. de pignorat. act.* Modo tamen subscribens dolose non tacuerit, aut aliquis actus positivus continens consensum dispositivum, obligativum, aut renunciativum intervenierit, (2) Incapax hujus juris est cognatus, non in sui, sed alterius extranei usum & utilitatem retrahere volens, nisi ab illa suspicione juramento se liberet. Richter *Decis. 76. n. 174. & seqq.* Christinæus *Decis. Cur. Belg. Vol. 1. Dec. 302. n. 18.* Carpzov. *p. 1. c. 31. def. 19.* (3) Nemo ad nostrum Jus Retractus admittitur ex Jure Repræsentationis, Dn. Richt. *Decis. 76. n. 28.* & ita iudicatum refert. vid Stat. Luneb. *d. 1.* ibi aber das Jus repræsentationis wird nicht in acht genommen. (4.) Excluduntur affines, quia affinitatis nulla datur successio *L. ad finitatis 7. C. commun. de success.* Cothman. *vol. 1. cons. 39. n. 2. & seq.* Sutor. *d. tract. c. 19. th. 175.* Reinking. *d. tract. q. 2. n. 324.* (5.) Excluduntur proscripti, Banniti, excommunicati, deportati & in exilium missi, ne honorem familiarum decohonestent, Magon. *Decis. 26.* (6.) Clerici, Monachi & Ecclesia quæ non habet consanguineum, benè tamen contra Ecclesiam datur consanguineo, Dn. Reink. *d. T. quest. 2. n. 298.*

## §. 10.

Hactenus quibus activè; Nunc videamus, contra quos passivè hoc jus detur; Non solum autem datur contra emptorem & ejus heredes, sed etiam adversus

sus



sus quemcunq; possessorem, in quem res alienata est, li-  
 cet per mille manus transierit, modo, ut dictum, intra  
 tempora primæ emptioni statuta Retrahens agat. Berlich.  
*p. 2. Concl. 39. n. 99.* Datur etiam contra remotiorem agna-  
 tum proquinquiori; qui enim propinquior est sanguine,  
 potior etiam est Jure, Dn. Struv. *Synt. Jur. Exercit. 23.*  
*Th. 61.* Contra ecclesiam etiam consanguineo competit, ut  
 paulò ante. An contra principem detur? de eo vi-  
 deant, quibus lubet, Reinkingium *quest. 3. n. 162. & seqq.*  
 Et illud quæsitum, an Retractus consanguinitatis extra-  
 neo cedi possit? quod negat Tiraquel. *gl. 1. §. 26. per tot.*  
 & Doctores communiter, Guid. Pap. *q. 411. n. 1.* qui ita in  
 Curia Parlam. semper judicari testatur, Ferdinand.  
 Arias de Mesa *lib. 1. var. cap. 21. n. 10.* Johan. à Sande de a-  
 ction. cession. *cap. 5. n. 28.* est enim hoc jus introductum, ne  
 res ex familia seu genere exiret, Tiraquel. *d. 5. 26. gl. 1.*  
*n. 38. & seqq.* Gerhard. Magnard. *lib. 2. decis. Tholos 8.* quod  
 etiam verum est, licet nullus consanguineus existat, cui  
 ex cessione in extraneum facta damnum inferatur, quia  
 illa cessio emtori præjudicium infert, cujus interest, ne  
 alius retrahat, quàm cui jura ex ratione sanguinis & affe-  
 ctionis permittunt, Alphons. d. Olea. *d. Cession. jur. & Action.*  
*tit. 3. q. 2. n. 14.* Verum hæc prohibitio cessionis non est  
 extendenda ad retractum conventionalem; hoc enim jus  
 ex communi & veriori sententia alteri potest cedi, Matth.  
 Wesembec. *cons. 2. n. 57.* Cardinal. Mantica *d. tacit. & am-  
 big. Convention. lib. 4. tit. 32. n. 13.* Marp. *vol. 3. cons. 21. n. 233.*  
 & seqq. nisi inter contrahentes hoc sit actum; quod ipse  
 venditor tantum possit redimere, quo casu filio venditoris  
 nihilominus hoc jus cedi posse ex Cagnolo refert Alex.  
 Tren-

Tren-

Trentacinq. *lib. 3. tit. d. emtion. resol. 10. n. 6.* contra quam opinionem non improbaliter disputat. Fr. Zoannettus *d. empt. & vendit. n. 16. & seqq.* Mantica *d. tit. 32. n. 13.* Magon. *decis. Florent. 118. n. 3. & decis. Lucens. 80. n. 1.* Alphons. *d. Olea. d. Cession. action. tit. 3. q. 2. n. 41.*

## CAPUT QUARTUM.

De

### *Rebus juri Retractus linearis obnoxiiis.*

§. I.

Quemadmodum in bonis externis, sensu Juridico acceptis, quibus ceu instrumentis hominum causâ procreatis, Philip. *decis. 54. obs. 1. n. 4.* non modo ad vivere; sed etiam ad beatè vivere, homo utitur, & quatenus illa acquiruntur, conservantur & omittuntur, potissimum jura sunt occupata, *L. ult. ff. de ll.* Sic etiam jus nostrum Gentilitium pro causa principali & finali agnoscit bona majorum, ne illa exeant è familia; Sed potius eorum accessione magis magisque familiæ conserventur, & illustriores efficiantur. Bonorum namq; accessione crescunt & conservantur familiæ, *L. quisquis s. C. ad leg. jul. majest. L. 3. pr. ff. de Test.* Amissione vero sordescunt & decrescunt. Cothm. *cons. 19. n. 12.* Wefenb. *cons. 4. n. 43.* quod tamen ne fiat Reipubl. interest, ut supra demonstratum. Ex his facilè patebit, quænam res nostro Retractus sint obnoxiiæ, nempe bona immobilia avita, genealogica, gentilitia, patrimonialia, **Erbeigen** seu **Stamm Gütter**/ quæ majorum nostrorum ut pote parentum, avo-  
rum,

rum, proavorum &c. tam paternæ, quam maternæ lineæ fuerunt. Dn. Mev. *ad F. Lub. lib. 3. Tit. 7. Artic. 1. n. 5. 6. & 7.* Carpzov. *p. 2. c. 31. def. 14.* quia in hos cadit probabilis affectio quâ res, quæ majorum nostrorum fuerunt, quilibet impensè persequitur. *L. 77. §. 27. ff. de leg. 2.* Hardevvig à Dassel *in comment. super consuetud. Lüneburg. artic. 10. n. 7. fol. m. 229.* Exemplum citant communiter doctores in vinea, *Naboth. 1. Reg. 21.* si autem avita semel in extraneum sint translata cessat hoc retrahendi jus. *Richt. decis. 76. n. 40.*

## §. 2.

An autem bona immobilia à solo parente suâ operâ acquisita, hereditario tamen jure accepta, dicantur hereditaria, **Erb-Güter**: An vero ab ulterioribus majoribus provenisse necesse sit? acris inter doctores Juris est dissensio. Doctorum Saxonorum cohors posterio defendit. *Coler. decis. 15. Zobel. 2. differ. 19.* Prius placet Dn. Mevio. *ad F. Lub. lib. 1. Tit. 10. artic. 6. n. 46. & 47.* Statut. **Lüneburg. part. 6. sub Rubrica. Erklehrung was Erb-Güter sein/** quibus nos subscribimus. Bona enim hereditaria etiam dicuntur bona undecunq; acquisita, si ejus sint qualitatis, ut pleno jure possideri, & ad hæredes transmitti possint. Hinc jure hereditario rem habere **Erblich haben/** est rei proprietatem habere, §. *Item extraneus. 7. Inst. de hered. qualit. & diff.* Ubi inquit Imperator, pro herede gerere, esse pro domino gerere. Veteres enim heredes pro dominis appellabant, *Regn. Sixt. cons. Marp. 7. n. 2. vol. 3.* indeq; heres quasi herus i. e. dominus. Quo idiomate & loquendi usu **Erblich/** pro **Eigenthumblich/** **Erbherr** quasi **Eigenthumbs-Herr/** adhuc hodierni communiter utuntur  
I Gylm.

Gylm. *Symphor. Tom. 4. p. 1. v. 9.* Requiritur tamen ad nostrum retractum, ut bona semel viam successionis sint ingressa, quia tunc acquisite jure amplius non censentur. Reink. *d. quest. 3. n. 27.*

## §. 3.

Non uno autem modo expediri potest, quæ pro bonis immobilibus sint habenda. Primo citra dubitationis aleam ponendum: Rerum immobilium Ordini à Jctis & rerum naturalium scriptoribus adscribi illa omnia, quæ de loco in locum non sunt apta transferri, nec aliquo motu recto vel obliquo, nec alio ordinario modo feruntur, uti sunt prædia, res corporales immobiles, & in his nostris retractui esse locum vacat dubio. An autem legislatoris vel supremi imperantis potestas se eo extendat, ut ea quæ mobilia sunt naturam immobilium sortiantur, meritò quæritur? Non quidem inficiamur magnam auctoritatem legislatoris in condendis legibus positivis, quæ feruntur de materia aliqua indifferenti, i. e. de iis quæ nec Jure naturali præcipiuntur nec prohibentur, non verò tantam esse, ut rerum essentias & proprietates immutare possit, nam ut esse rerum postquam sunt, & si quæ sunt, aliundè non pendet, ita & proprietates, quæ esse illud necessario consequuntur, Grot. *de J. B. & P. lib. 1. c. 1. n. 10.* Suarez. *Disput. Metaph. 31. sect. 2.* Sic Deus volens producere hominem, non potest illi tribuere essentiam lapidis, quia non faceret hominem sed lapidem. Ex quibus concluditur, quod legislator rerum essentias vel proprietates immutare non possit, ita ut res mobiles sint immobiles, & contra. Si vero loquamur de effectis Juris civilis, fieri poterit per legem civilem positivam, ut res corporales, quæ naturâ suâ mobiles sunt, salvâ tamen

tamen earum 'essentiâ, ordini rerum' immobilium adscribantur, & illarum legibus gerantur, Sebastian Reinhard. Scheffer *in Disputat. Inaugural. de Natura, Affectionibus & Different. Rerum mobilium*, sub præsidio Spectatiss. Dn. Decani Anno 1669. Rintelii habita.

## §. 4.

Quæ lege civili pro immobilibus habentur una definitione non possunt comprehendi. Sunt enim alia naturaliter immobilia; quæ natura sua moveri nequeunt, **unbewegliche Güter** / uti solum, fundus, agri, sylvæ, maximè si arbores contineant grandiores *l. 27. 60. 115. 168. & 198. de V. S. ibiq; Wissenb.* Quædam adhibita opera & industria hominum immobilia sunt effecta, ut domus, ædificia, *l. lex qua tutores 22. §. nec vero de administrat. Tutor.* Molendina aquatica, **Wassermühlen** / so dem Grunde und Boden anhangen / Rosenthal. *de Feud. c. 4. Conclus. 4.* nec non navalia, **Schiffmühlen** / qualia Colonia, & passim in Rheno, & Visurgi conspiciuntur, quia horum usus non consistit in eo, ut de loco in locum moveantur, sed ut in loco subsistentia eundem, quem aliæ molæ, præbeant usum, licet ob flumen aquæ, quæ hoc in casu est instar soli, illis contingat moveri. Accedit, quod hæc navalia funibus, aliisque mediis, firmiter terræ allegari soleant, **werden an Stricken / Pfalen / oder Anckern auff den Wassern fest gemachet.** Nec obstat *l. 20. §. 4. ff. quod vi aut clam*, Cum alia ratio navis, quæ ut currus de loco ad locum movetur; alia molendini navalis sit, Sigism. Finckelth. *Disput. Feud. 3. n. 20.* Ad res immobiles etiam referimus molendina pneumatica, quia inferiores trabes & columna media **die Mühlen Säulen** / solo firmiter cohærent. Contrarium responderunt

JCti Jenenses Anno 1637. & Lipsienses Anno 1633. notantē  
 Bechman. *Exerc. exot. s. ad ff. tit. de Rer. div. obs. 6.* Haben-  
 da verò hīc est ratio intentionis in ædificante, ut tum ad  
 classem rerum immobilium pertineant, si eo scopo & fine  
 sint extracta ut loco non moveantur, Finckelthaus. *Observ.  
 pract. 36. Mev. ad J. Lub. lib. 1. tit. 2. artic. 5. n. 31. 32.*

## §. 5.

Porro quædam sunt immobilia ratione accessionis,  
 quæ quidem separatim considerata sunt mobilia, juncta  
 vero immobilibus, iisq; infixæ, quoad effectus Juris pro  
 immobilibus habentur. Hinc venditis ædibz, quicquid ibi  
 firmum & fixum, in emptorem translatum censetur, *Mit  
 allem was Erd-Wand-und Nagel fest ist / L. 17. ff. de  
 act. Empt. Carpzov. n. 2. c. 32. def. 20.* Et tandem concludo.  
 Generaliter illa omnia pro immobilibus haberi, quæ  
 perpetui usus causâ in ædibus pars ædium censentur. *L.  
 fundi 17. §. labeo ff. de act. empt.* Sic Fructus pendentes &  
 nondum à solo separati pars fundi censentur, & pro im-  
 mobilibus habentur, *L. 44. ff. de Rei vind. Ludvvel Synops. Jur,  
 feud. c. 12. & vendito fundo, ut pars principalis rei ven-  
 ditæ censentur L. 13. §. 10. ff. de act. Empt. Mantic. de tac.  
 & ambig. convent. lib. 4. Tit. 16. n. 42. Wehner. obs. pract.  
 voc. Fahrniß; secus si à fundo sint separati, Hartm. Pist. lib.  
 1. q. 24. n. 81.*

## §. 6.

Destinatione etiam in chorum immobilium assu-  
 muntur Instrumenta molendini, quæ circum moventur &  
 quandoq; eximuntur quæ ob usum & destinationem pro  
 immobilibus habentur. *Tiraquell. de Retract. Gentil. §. 1.  
 Gloss. 7. n. 105. & in genere omnia, quæ rebus immobili-  
 bus*

bus adhærent, vel iis continentur. Scheffer *d. disput. 6.*  
 aut ita comparatæ sunt, ut ibi perpetuo maneant, ex  
 quibus sunt cubilia, Bettgewand/Pfüle / Kasten / Lein  
 Lacken / die in einen Gast Hause Taglich zur Gastung  
 genüßet / sine quibus Jus hospitii excerceri, & hospites  
 liberaliter tractari nequeunt, Consult. Saxon. *lib. 3. quest.*  
*114. n. 25. & seqq.* Quæ denique rerum immobilium lege  
 aut facto hominis reguntur. De iis videbis, Sebastian.  
 Reinhard. Scheffer citat. *disputat. de Natura Affectionibus*  
*& differ. rer. mobil. Th. 9. & 10.* Concludimus ergo; in  
 his & similibus rebus immobilibus hereditariis i. e. se-  
 mel viam hereditatis ingressis extraneo venditis Retra-  
 ctum nostrum Gentilitium omninò proximo consangu-  
 neo competere, de quibus videatur Reinking *de Retract.*  
*consanguin. quest. 3.*

## §. 7.

Cum Annui Reditus suâ naturâ nec res mobiles  
 nec immobiles sint; sed tertiam quandam speciem con-  
 stituant, Jacob Schultze *pract. obs. 23. n. 7.* non intempesti-  
 vè quæritur: Ad quam rerum classem referri debeant, ut  
 nostri Retractus participes fiant? Nos eorum opinionem  
 amplectimur, qui statuunt quod annui reditus Germanicè  
*Jährliche zinse/Pacht/ gefäll und einfommen/* qui super  
 fixis & stabilibus corporibus sunt constituti, vel ex iisdem  
 debiti corporibus, quæ pro præstatione reddituum sunt  
 obligata, rerum immobilium legibus regantur, quod pro-  
 batur ex vi & naturâ accessorii, quod naturam sui prin-  
 cipalis sequitur. Ex qua assertione etiam colligitur, quod  
 illi in feudum dari possint, *c. unic. in princ. vers. quesitum*  
*est de controvers. 2. F. 20.* Schrader *d. Feud. p. 3. c. 3. n. 2.*

Huc pertinent vectigalia, decimæ, pensiones, canones ex agris emphyteuticis debiti. Schneid. *ad Tit Inst. de Success. ab intest. Rub. de Success. viri. & uxoris.* Stat igitur firma conclusio: quod annui reditus super immobilibus bonis. constituti inter immobilia computentur, Gail. *l. 2. obs. 10. n. 1.* Klock. *tom. 2. conf. 40. n. 171.* Cardinal. Mantic. *de tacit & ambig. convent. lib. 25. Tit. 6. n. 1. 2.* Bernhard. Græv. *ad d. obs. 10.* Gail. Hoc tamen cum temperamento illud accipiendum volumus, si reditus illi in perpetuum, vel ad longum tempus sint constituti, secus si ad modicum tempus, Gail. *2. obs. 10.* Mynsing. *cent. 1. obs. 69. n. 12.* Roderic. *de annuis rediv. lib. 1. quest. 3. n. 10.* Vincent. *de Franchis decis. Neapol. 262. 127.* Et hos retractui nostro esse obnoxios caret dubio, Reink. *d. T. quest. 3. n. 74. 75. & seqq.* Felician. *de solis tract. de cens. lib. 1. c. 10. §. 5.*

## §. 8.

Major difficultas moveri solet de actionibus & nominibus debitorum, de quibus tres Doctorum discrepantes opiniones existunt. Prima est: Actiones & Jura nec appellatione mobilium nec immobilium comprehendi, sed tertiam bonorum speciem constituere. Altera opinio est: Jura & actiones rebus mobilibus annumerari. Tertia denique est: illa lege rerum immobiliū regi, vide *disput. de natura & affect. rerum & c. Thes. 13.* In quo opinionum conflictu difficile videtur, quid certum sit statuere. Quæ opiniones diversis effectibus considerata, fortean conciliari possunt, ut dicamus, quod jura & actiones, si illa abstractivè considerentur, non sint res mobiles, nec immobiles. Quando verò necesse est, ut de actionibus & nomi-

nomi-



nominiſibus judicetur, quatenus ad rem aliquam mobilem vel immobilem competant, quod tunc jura ſecundum naturam & affectionem rerum, quibus applicantur, ſunt æſtimanda, ita ut actio ad rem mobilem competens pro re mobili; ad rem vero immobilem, pro immobili habeatur, quam elegantem diſtinctionem tradunt & ſequentur Guiterez. *lib. 3. pract. queſt. 85. Trentacinq. Reſol. 3. Tit. de donat. n. 14.* Sicuti non ita pridem à Collegio Juridico in hac Illuſtri Aacademia reſponſum à Spectabili Dn. Decano mihi relatum. Hæc poſterior ad rem immobilẽ actio noſtro retractui ſubiicitur. Afficit etiam noſter Retractus feuda in remotiorem alienata, Richt. *decif. 76. n. 73. Bona Emphyteutica, Richt. d. l. n. 76. & 77. ſepulchra & ſedilia in eccleſiis, Mev. ad J. Lub. lib. 1. Tit. 10. n. 71.*

## CAPUT V. & ULTIMUM.

### De Actione Juris Retractus Gentilitii ordinanda.

#### §. 1.

Non ſufficit competere alicui jus, niſi quis in judicio competenti actione inſtitutâ id proſequatur. Eſt enim actio Jus ſive facultas perſequendi in judicio, quod ſibi debetur, *l. 51. ff. de O. & A. pr. Inſt. de Action.* Quibus verbis ſignificatur, neminem ſibi jus dicere poſſe, aut privata, quod ſibi debetur, occupare autoritate; Verum ſi quis putet ſe habere actionem, eum legitimo judicio cum adverſario experiri debere, & apud magistratum actionem ſuam proponere.

ponere, *l. extat. 13. quod met. caus.* Retrahens itaq; non potest invito emtore vigore huius retractus possessionem rei venditæ apprehendere, Matth. Wesembec. *vol. 2. cons. 73. n. 70. 80.* Molin. *ad Consuet. Parisiens. tit. 1. §. 20. gl. 3. n. 1.* nec à retractu semel acceptato lite mota vel impetratâ sententiâ, resilire, Renat. Choppin. *de privil. rustic. lib. 3. n. 2.* qui commemorat ita Senatum censuisse, Paul. Christin. *in dec. Belg. Vol. 1. d. 302. n. 27.* & Papon. *rer. in Cur. Paris. judicat. lib. 11. t. 7. arrest. 7.* Actio quæ ex hoc retractu gentilitio oritur, dicitur Condictio ex Lege, Consuetudine, vel statuto; Quando enim ex lege, moribus vel statutis nova actio conceditur, nec cautum quo genere actionis experiamur, datur condictio ex lege, vel moribus, *l. un. ff. de Condictt: ex leg.* Bach. *d. Act. disput. 4. th. 12.* Et quia hæc actio ex moribus vel consuetudine competit, à retrahente est libellus formandus secundum statuta & mores illius regionis. Gylm. *rer. judic. l. 2. dec. 12. n. 12.* Est vero hæc actio personalis in rem scripta, quæ datur proximiori agnato, vel cognato ad rem immobilem extra familiam in extraneum alienatam revocandam. Licet enim retrahens cum emtore nullū negotium gesserit, ex quo obligatio oriri possit, censetur tamen emtor, qui sciens & volens rem immobilem retractui obnoxiam emit, cum proximiore agnato tacitè & virtualiter contrahere; proinde hæc actio ex quasi contractu fluit. Non tamen est actio mere personalis, sed in rem scripta, Argentorat. *vol. 2. cons. 83. n. 1.* Gail. *l. 2. Obs. 19. n. 6.* ibique Grev. Peregrin. *in decis. Patavin. 23. n. 16.* Ulti Dn. Scabini Lipsienses Anno 1613. responderunt, Sutor *cap. 8. th. 128.* Et potest intentari tam in loco rei fitæ, quam ubi reus emtor domicilium habet, Sicuti enim in actione reali reus conveniri potest in suo

suo

suo foro, & rei sitæ, de qua agitur *l. fin. C. ubi in rem act.* Ita etiam in hac actione in rem scripta. Quod si plures res immobiles diversarum Jurisdictionum uno contractu emtionis & venditionis sint in extraneum alienatæ, nec emtor habeat domicilium, tunc si una res est principalis & caput, uti Castrum, domus, cuius reliquæ sunt quasi appendices, vel pertinentiæ, sufficit acire Judicem illius rei principalis; si vero nulla res est caput, sed omnes sunt æq; principales, tunc intentanda erit actio in loco illo, ubi major pars bonorum est sita.

## §. 2.

Quamvis vero emtor rem emtam proximiori cogna-), recepto pretio, restituere cogatur; contra venditorem tamen de evictione agere non potest, quia res illa ab extraneo emtore evincitur, non ex illo fundamento, quod non fuerit venditoris, sed vi statuti vel consuetudinis ex sua natura, Caspar. Caballin. *d. Evict. §. 3. q. 24. n. 167.* Reink. *d. tr. q. 8. n. 143. 150. 151.* licet venditor tempore contractus periculum evictionis in se susceperit, Reink. *d. q. 8. n. 160.* Denique, quia est in rem scripta hæc actio competens ex retractu, contra quemcunq; possessorem, quamvis res illa per mille manus ambulaverit, intra legitima tempora intentari potest, *arg. l. 3. §. 5. & ult. l. 4. l. 5. §. fin. ad exhib.* Tiracquell. *§. 8. gl. 5. n. §.* Chassan. *ad Consuet. Burgund. tit. de Retractu §. 7. n. 1. & §. 11. n. 1.* Christin. *in dec. Belgic. vol. 1. d. 281. n. 4.* Frantz. *lib. 1. resol. 11. n. 41. 42.* Johan. à Sande *3. decis. tit. 5. def. 13.* Wissenbach. *disput. 36. th. 13.* Quod secus se habet in retractu conventionali, vel in re cum pacto de redimendo vendita, ex quo contra tertium possessorem non datur actio, sed tantum personalis contra emtorem, nisi

K

acces-

accesserit pignus constitutum, vel simile, unde venditor consequatur Jus in re, quod ad producendam actionem realem habile est, Marp. *vol. 3. cons. 19. n. 92.* Magon: *decis. Florent: 105. n. 2. 3.* & ita in suprema Tribunali Cam. Imp. observari testantur Gail. *l. 2. obs. 16. n. 4.* Myns. *cent. 6. obs. 69.* & in aliis Judiciis, cum Pomeraniæ, tum Megapoleos, ex multis præjudiciis se scire ait Mevius *in discuss. levam. inop. debit. cap. 4. n. 62. 63. & seqq.* Plura addere ratio instituti & temporis non admittit,

Sit itaq;

DEO TER UNI LAUS ET GLORIA,  
PAX AUREA TERRIS,  
ET ERRATIS VENIA,

---

*Errata.*

*Cap. 2. §. 13. circa fin. pag. 41. pro liquido leg. guaranti-  
giato. Cetera qua forte irrepsērunt, B. L. pro sua dexteritate  
ipse corriget.*

